



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Bvllarii Earvmve Svmmorvm Pontificvm  
Constitvtionvm Qvae Ad Commvnem Ecclesiae Vsvm post  
volumina Iuris Canonici, vsq[ue] ad Sanctissimum D. N.  
D. Pavlvn Papam V. emanarunt**

**Quaranta, Stefano**

**Venetiis, 1619**

P

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10793**

tibus imponenda dubitari possit, prouidere volentes supra dictorum prædecessorum nostrorum vestigijs inhaerentes, hac perpetuo valitura Constitutione decernimus, atque statuimus, vt quicumque non promotus, ad sacrum Presbyteratus ordinem repertus fuerit Missarum celebrationem vsurpasse, vel Sacramentalem confessionem audiuisse a Iudicibus Sanctæ Inquisitionis vel locorum ordinarijs tanquam Ecclesiæ misericordia indignus a foro ecclesiastico abiciatur, & ab ordinibus ecclesiasticis, si quos habuerit, rite degradatus, statim Curia seculari tradatur per Iudices seculares debitis penis plectendus. Non obstantibus, Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac in cõcilijs, etiam generalibus editis, etiam in corpore iuris clausis: Quibus omnibus, & singulis illarum tenores pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem huiusmodi Constitutionis ignorantia de cetero allegari, aut prætendi nunquam possit, atque vt præfentes literæ omnibus in notescant, volumus illas ad Valuas Sancti Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe Batilicarum, & in Aede Campi Floræ more solito publicari, & affigi, atque ijs indæ amotis eandem exempla, etiam impressa ibi affixa relinqui, factaque huiusmodi publicatione omnes, qui in Vrbe post mensem, qui vero extra eam, & citra Montes, potest quatuor menses, qui demum ultra Montes fuerint post decem menses a die publicationis presentium cõputandos afficere, & archare, ac si eorum cuiuslibet personarum intumata fuissent, Ac præterea, ut ad manus eandem presentium literarum exemplis etiam impressis, & manu Notarij publici scriptis, & sigillo Officii Sanctæ Romanæ Inquisitionis, vel alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidem haberi, quæ huc presentibus haberetur, si essent exhibitæ, vel ostensa. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, D. e prima Decembris 1601. Pontificatus nostri Anno Decimo.

POENAE PECUNIARIAE.

**C**OMMUNIS est Scribendum conclusio in cap. vt clericorum, de vita, & hon. cler. addendo etiam Feli. in c. irrefragabili, §. ceterum, de off. ord. & Pet. Foller. in pract. crim. can. c. 37. nu. 26. Post aliquando Episcopum correctionis zelo Clericos pro delicto pena pecuniaria punire, potissime vbi ea magis timeretur, iuxta glo. in cap. licet, & ibi Panor. de penis, videretque alias penas negligi, & parumpendi, & ad emendationem nihil proficere, adhibita tamen cautela ne in illa imponenda modum excedat, sed peccati qualitates, & personarum conditionem attendere debet, & quod ipsis Doctoribus vt honestius (sequendo Hostien. in sum. de off. ord. §. quid pertinet.) visum est, nempe ut illam penam Episcopus ad effugendam auaritiæ suspicionem, sibi non retineat, in propriam conuertendo vtilitatem, sed in pios vsus erogat, & deputet, id expresse decreto Conc. Trid. sess. 25. de ref. c. 3. præcipitur, vt multa pecuniaria, eo ipso, quod exacta fuerint, pijs locis assignentur, adeo quod refertur Sacram eiusdem Concilij Congregationem consuisse, nec posse Episcopum ex multis, & penis, quas exigi cõgerit in eius Curia aliquam portionem Vicario suo assignare pro eius mercede. Super quo etiam Concilium Toler. celebratum anno 1565. actio. 2. c. 14. relatum ab Ignatio Lopez in addit. ad Diaz. in pract. crim. can. c. 145. dispo-

fuit, vt sequitur Pœna pecuniaria, si quando a Iudicibus Ordinarijs, iuxta rationem delicti, vel delinquentis qualitatem, eas imponi contigerit, in pios tantum usus, & pro executione iustitiæ, nõ pro priuata Episcoporum utilitate expendantur arbitrio Episcopi, vel Vicarij. Deputeturque ab eodem Episcopo, qui easdem pœnas recipere debeat, earumque rationem reddere teneatur. Hactenus verba Concilij Tolet. Pluraque imitatione digna circa dictarum pœnarum iniuriam, depositionem, adnotationem, ac distributionem faciendam, Gabriel. Paleot. S. R. E. Cardinalis dictauit, & ordinauit suo Archiepiscopali Bononiensi. par. 4. tit. de causis in foro Episcop. fol. 270. & latius par. 6. tit. de administratione fori Archiep. fol. 435. & seq. Illud sane concordiam omnium consensu, (Felino attestantur loco indicato, sub num. 6) admittitur, vt in casu quo Episcopus euidenter indigeret, ac pauper esset licite possit dictas pœnas sibi vindicare, & in proprium usum expendere; In quam sententiam descenderunt etiam Henric. Bott. in tract. de Synodo Ep. scop. par. 3. sub nu. 29. ibi, Puto tamen, &c. Couar. lib. 2. var. resoluc. c. 9. sub num. 9. ac Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 32. nu. 3. Ego tamen adhuc tutius existimarem consulendum esse Sacram. Congregationem notificando, & redditus, & onera Episcopatus.

## P R A E C E D E N T I A .

*Congru-  
ti de ma-  
ior. &  
obed.*

**P**RÆTER Summistas sciendum est, quod per Gregor. xiiij. edita fuit declaratio circa Præcedentiam Fratrum Mendicantium, & Confraternitatum Laicorum in processionibus, vt patet ex eius Constitutione Romæ publicata die 17. Iunii 1583. folio 1323. in Bullario incipien. Exposcit pastoralis officij, & infra.

De nobis attributæ potestatis plenitudine volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod quicumque ex dictis Fratribus mendicantibus inter se de præcedentia huiusmodi contendentibus, aut Confratribus confraternitatum prædictarum, inter quos lites, & causa præmissorum occasione orta iam sint, seu oriri contigerit in futurum, qui in quasi possessione præcedentiæ, ac iuris præcedendi sunt, ij, ( quibuscumque reclamationibus, protestationibus, appellationibus, & aliis subterfugijs prorsus remotis, & cessantibus, & postpositis ) in processionibus tam publicis, quam priuatis præcedere debeant, quando vero non probetur, aut non constet de quasi possessione præcedentiæ huiusmodi inter fratres quidæ Mendicantes ij, qui antiquiores in loco controuersiæ, inter Confratres vero inter se litigantes ij, qui prius Saccis vsi sunt, in processionibus tam publicis, quàm priuatis præcedere debeant, ita vt si conuenerit noua monasteria, aut domos alicuius ordinis Mendicantium in loco, in quo alterius ordinis ex dictis Mendicantibus monasteria, aut domus prius erecta, & instituta sint, ille ordo, qui prius monasteriũ, seu domum in loco habuerit, præcedat. Præterea quia inter prædictos plerumque alia in processionibus, & alia in concilijs generalibus, & alijs actibus publicis, siue priuatis, ratio circa modum præcedendi seruatur, nolumus per præsentis prærogatiuis dictorum ordinum quo ad præcedentias huiusmodi quæ proprijs ordinibus, præterquam in processionibus prædictis debentur, aut fratribus Capuccinis nuncupatis, qui in processionibus publicis sub Conuentionalium Sancti Francisci, aut Minorum de obseruantia fratrum nuncupatorum Cruce, vt solent, incedere possint, aliquod præiudicium generari. Sicque per quoscunque Iudices, &c. Non obstantibus &c.

Et

Et quoniam post dictam Constitutionem ortę fuerunt multę lites, ideo die 26. Augusti 1593. Sacra Congregatio Illustrissimorum, & Reuerendissimorum DD. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praefecta, ad tollendas omnes lites, & controuersias quę inter Regulares plerumque solent oriri, super eorum precedentia in processionibus, ceterisque actib. tum publicis, tum priuatis, illud in futurum obseruandum censuit, quod in hac alma Vrbe omnium Magistra seruatur.

Die 30. Augusti 1593. Illustris. & Reuerendiss. D. Card. Alexandrinus retulit suprascriptam Congregationis sententię Sanctissimo, placuisse, & iuxta eam in casibus occurrentibus semper rescribi, & si opportunum fore videbitur generalen. Constitutionem desuper fieri mādasse illa, Gre. XIII. quę incipit. Exposit, aliisque contrarijs, quibuscunque non obstantibus.

Habentur istę declarationes impressę in Priuilegijs ordin. Camalduens. fol. 218. & in collectione Priuilegiorum sacrorum ordinum Mendicantium, & non Mendicantium per Io. Bapt. Confectum fol. 188. Impress. Florentię.

De precedentia in processionibus inter regulares, & clericos seculares plura tradit Prapof. in cap. concilia §. Episcopos 17. dist. ad quem spectet diffinire controuersias, quę oriri solent circa precedentiam in processionibus, vide Conc. Trid. sess. 24. de regular. c. 13. & nouissime Roderi. tom. 3. quę regu. art. 1. Item an omnes clerici de iure teneantur accedere ad processionem, vide Archid. Gemin. & Prapof. in c. quando. 38. dist. & Felin. in c. dilectus, num. 7. de off. ordin. & quid in Religiosis, vide Panor. in c. nimis praua, el 2. de excess. pralat. Hodie tamen per Conc. Trident. d. c. 13. sanctum est, vt exempti omnes tam clerici seculares, quam regulares, etiā monachi, ad publicas processiones vocati accedere compellantur, iis tantum exceptis, qui in strictiori clausura perpetuo viuunt. Et publicę processiones dicerentur veluti si pro bono publico in diēte essent, vt alias essent consuētę & publicę, vt declarauit Sacra Congregatio, vel etiā vt inquit Abb. loc. cit. num. 2. quando processio fieret ex magna causa, vt in nouo introitu Episcopi, vel imminente peste seu alio flagello, vel ad generales Liitanias, quę sūt post Pascha ante festum Ascensionis, vt ibi per eum. Verum non obstante d. decreto Cōc. Trid. c. 13. censuit Sacra Congregatio si monachi, seu Regulares vere yltra dimidiū milliare a ciuitate distarent, non esse vtique compellendos ab Episcopo accedere ad processiones. Quam declarationem vide infra in verbo priuilegia Regularium.

An in casu, quo Regulares exempti tenentur accedere ac processiones, si citati, seu vocati venire tenuerent, possit contra eos Episcopus per censuras procedere, & uideatur dicendum, quod non, sed per alias penas ecclesiasticas ex Gambar. in tract. de potest. legati a latere lib. 8. cap. fin. num. 77. & Henriq. in sum. lib. 7. de indulgent. cap. 25. sub §. 7. Et quid in Religiosis, qui ex priuilegio eis concessio habent, ut non teneantur ire ad processiones, si ab Episcopo uocati plures, accessissent, an debeant iterato eodem modo accedere. Respondeo quod non, tum quia priuilegium est facultatis, & possunt ire si uolunt, & si nolunt abstinere, tū quia precario uidentur iuisse, & sic nullum ius est Episcopo acquisitum, ut in specie determinat Calderin. in conf. 8. sub tit. de regular. quem refert, & sequitur Felin. in c. dilectus, sub nu. 7. de off. ordin.

Circa Confraternitates laicorum, quę laicorum Confratarię nuncupantur, an sint loca religiosa, deque alijs in proposito late tract. Io. Guierrez lib. 1. canon. quęst. cap. 35. Item in quibus Episcopus, & in quibus Iudex laicus se intromittere

trōmittere possint circa has confraternitates, & laicorum collegia. Vide Patif. no  
 rabiliter in conf. 34. volum. 4. & Nauar. in conf. 3. de foro compet. in nouis, Bor-  
 gnin. Cavale. decis. 17. n. 16. par. 2. quibus adde Conc. Trident. sess. 22. de refor.  
 cap. 8. & 9. Item an possit compelli ab Episcopo, & censuris distingi, vt accedat  
 ad publicas processiones, Respondeo pluries per Sacram Congregationem fuisse  
 decretum non posse compelli, vt fuit etiam rescriptum Episcopo Scalensi reuo-  
 ris sequentis. Reuerendissime Domine vt frater. Quamuis Theofauratij Magi-  
 stri, & Confratres Sanctæ Mariæ Anunciatae magis conscientia suæ, ac pietati  
 satisfecissent si amplitudini tuæ, eos ad publicas processiones vocati morem ges-  
 sissent, cum tamen ad eas accedere detestauerint, neque ab amplitudine tua cō-  
 pelli, neque ullis propterea censuris distingi, atque in nodari debuerunt, quod  
 sapius alias consulti responderunt Illustrissimi Patres Sacri Concilii Trident. Inter-  
 pretes, itaque interdictum hac de causa latum protinus tollas oportet, ac de ce-  
 tero a similibus compulsionibus omnino abstineas, Deus amplitudinem tuam  
 incolumem seruet.

Romæ die 6. Maij. 1597.

Amplitudinis Tuæ vt frater.

Cardinalis Mantuanus.

P R A E D I C A T O R .

Leo X.

*Congr.  
 titul. de  
 offi. ord.  
 vel de  
 offic. de  
 lega. ac  
 titul. de  
 pmi.*

**P**RÆTER Summistas sciendum est, quod de Prædicatorum officio, eorum-  
 que examine, & approbatione extat Leonis X. constitutio in Concilio Latera-  
 nen. fol. 205. in Bullar. incip. Supernæ. & infra.

Sacro approbante Concilio statuimus, & ordinamus, vt nullus, tam clericus  
 secularis, quam cuiuscunque etiam Mendicantium Ordinis Regularis aut qui-  
 vis alius, ad quem facultas prædicandi, tam de iure, quam de consuetudine, vel  
 privilegio, aut alias pertinet, ad huiusmodi officium exercendum admittatur, nisi  
 prius per superiorem suum respectiue diligenter examinatus, (in qua re conscien-  
 tiam ipsius superioris oneramus) ac morum honestate, atate, doctrina, probita-  
 te, prudentia, & vita exemplaritate ad illud aptus, & idoneus reperitur, & hic  
 quocunque postea prædicaturus accesserit, de huiusmodi examine, & idoneitate  
 sua per literas authenticas, seu alias sui examinatoris, approbatorisque, Episcop-  
 is, & alijs locorum ordinariis fidem legitime faciat. Mandantes omnibus, qui  
 hoc onus sustinent, quique in futurum sustinebunt, vt Evangelicam veritatem,  
 & Sanctam Scripturam iuxta declarationem, interpretationem, & ampliationem  
 Doctorum, quos Ecclesia, vel vsus futurus approbavit, legendosque hætenus  
 recepit, & in posterum recipiet, prædicent, & explanent, nec quicquam eius pro-  
 prio sensui contrarium, aut dissonum adijciant, sed illis semper insistant, quæ ab  
 ipsius Sacræ Scripturæ uerbis, & præfatorum Doctorum interpretationibus, ri-  
 te, & sane intellectis non discordant. Tempus quoque præfixum futurorum ma-  
 lorum, uel antichristi aduentum, aut certum diem iudicij prædicare, vel asserere,  
 nequaquam præsumant, cum veritas dicat. Non est ueltrum nosse tempora, vel  
 momenta, quæ pater posuit in sua potestate, ipsosque qui hætenus similia asse-  
 rere ausi sunt, mentitos, ac eorum causa reliquorum euā recte prædicationum au-  
 thoritati non modicum detractum fuisse constet: inhibentes omnibus, & singu-  
 lis Clericis secularibus, vel regularibus præfatis, ceterisque cuiuscunque status,  
 gradus,

gradus, & ordinis existant, qui hoc onus assument, ne de cetero in sermonibus suis publicis, alia quaeque futura ex literis sacris constanter praedicere, nec illa a Spiritu Sancto, vel diuina reuelatione se habuisse affirmare, & alienans inanesque diuinationes asseuerando, aut alio quocumque modo tractanda assument, sed ex diuina vocis praeepto Euangelium omni creaturae cum vitiorum detestatione, & virtutum commendatione enucleent, & declarent, & pacem ac dilationem mutua a Redemptore nostro tantopere commendatam, ubique fauentes, non scindant vestem inconsuilem Christi, sed ab Episcoporum, & Praedicatorum, ac aliorum Superiorum, eorumque status scandalosa detractio, quos eorum Vulgo, & laicis non modo incaute, sed etiam intemperanter reprehendunt, & mordent, & ab eis male gestorum expressis quandoque nominibus aperta, & manifesta redargutione abstineant. Denique constitutionem felicis recor. Clementis Papae V. *Cle. 1. de priuil.* quae incipit, Religiosi, quam tenore praesentium innouamus, & approbamus, inuolabiliter ab eis obseruari debere decernimus, vt hac ratione ad utilitatem populi praedicantes, & cum Domino sacrificantes, talentum, quod ab illo acceptarant, superlucrarit, & eiusdem gratiam, & gloriam consequi mereantur. Ceterum si quibusdam eorum, Dominus futura quaedam in Dei Ecclesia in inspiratione quadam reuelauerit, vt per Amos Prophetam ipse promittit, & Paulus Apostolus praedicatorum princeps, spiritum, inquit, nolite extinguere, prophetias nolite supernere, hos aliorum fabulorum, & mendacium gregi connumerari, vel aliter impediri minime volumus. Extinguitur namque ipsius gratia Spiritus, Ambrosio teste, si incipientibus loqui feruor contradictione sopitur: tunc Spiritui Sancto iniuria certe fieri dicitur. Et quoniam res magni momenti est, eo quod non de facili credendum sit omni spiritui, sed sint probandi spiritus, teste Apostolo, an ex Deo proueniant, volumus, vt lege Ordinaria tales assertae inspirationes, antequam publicentur, aut populo praedicentur, ex nunc Apostolicae Sedis examini reseruetur, intelligantur. Quod si sine more periculo id fieri non valeret, aut vrgens necessitas aliud suaderet, tunc eodem ordine seruato, Ordinario loci notificentur, vt illi adhibitis secum tribus, aut quatuor doctis, & grauibus viris, & huiusmodi negotio cum eis diligenter examinato, quando id expedire videbunt (super quo eorum conscientias oneramus) licentiam concedere possint. Si qui autem contra praemissorum aliquod committere quicquam ausi fuerint, vltra poenas contra tales a iure statutas, excommunicationis etiam sententiam, a qua non nisi a Rom. Pontifice, praeterquam in mortis articulo constituti, absolui possint, eos incurere volumus. Et vt eorum exemplo alij attentare licentia minime audeant, eius praedicationis etiam officium interdictum esse, perpetuo decernimus. Non obstantibus &c. Nulli ergo &c.

Ad sunt etiam aliqua Concilii Tridentini Decreta; in quibus plura ad concionatores, pertinentia statuuntur, nempe. Sess. 5. de reformatione. c. 2. sess. 24. cap. 4. & sess. 25. in Decreto de purgatorio, & instructiones Praedicationis verbi Dei reperies apud acta Ecclesiae Mediolanensis. par. 4. pag. 473. & declarationem Sacrae Congregationis de punitione Regularis praedicatoris absque Episcopi licentia habes infra in verbo priuilegia Regularium. Quando vero possint Parochus hanc facultatem in sua parochia dare post Nauar. in Man. cap. 24. nu. 141. exprimit Henricus in sum. lib. 7. de indulgent. c. 28. sub §. 8. An autem praedicare sit actus Sacri Ordinis, ita vt non possit per Episcopum alicui, qui non sit in sacris constitutus demandari, vide eundem Nauar. in cons. 2. de tempo. ordin. in antiq. & cons. 7. de off. iud. deleg. in nou.

Grego-

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam  
rei memoriam.

**S**ancta Mater Ecclesia, cuius Christus caput est, ingenitam suam charitatem ad omnes late diffundens, antiqua Israelitica gentis, populi que Dei peculiaria reliquias, pio nunquam desinit affectu miserari, grauiusque contristatur Iudeorum quo damnationem precipuis auctam muneribus, & gratijs, cuius erat ad opio filiorum, gloria, testamentum, legislatio, obsequium, & promissa, vnde oria Christus Saluator noster secundum carnem nasci dignatus est, per diuersas orbis partes tot iam secula dispersam, ac contagiosi gregis more per inuia, & inaquosa misere vagantem, verbi Dei fame, & aqua refectionis sui perire, longeq; non a terrena tantum super quem dominus fleuit, sed quod grauius est, a caelesti quoque Hierusalem, nisi Christum quem negauit, confiteatur exturbari, quia miseracione, & merore nos quoque non leuiter commoti in dies semper aliquid excogitamus, vnde eorum conuersioni, & saluti opportunius prouideatur, ipsiq; ad intelligentia viam, quam sibi pracluserunt, valeant Deo propitio peruenire. Quare sollicito hac animo meditantes, & felici recordationis Nicolai Papae Quinti, non nullorumque Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum velligijs inherentes, presenti Constitutione generali praecipimus omnibus Patriarchis Archiepiscopis, Episcopis, & alijs ecclesiarum prelati, etiam Cardinalatus honore praedictis, vt in suis quisq; ciuitatib. terris, & locis in quibus competens aliquis numerus Iudeorum qui synagogam constituat, commemoratur, curent sabbati, vel alio cuiuscumque hebdomadis statuto die ad Iudeos ipsos in locum praestitutum non tamen sacrum, nec vbi sacra confici solent, conuocatos per aliquem Magistrum in Theologia, aliumue idoneum virum ab eis eligendum cum metedo congrua illi ex ipsum Hebraeorum collatione, aut alias prout commodius eis videbitur hebraica si fieri poterit linguae peritum sermones, vel lectiones haberi, in quibus illis exponatur scripturae veteris testamentis, Moylis scilicet, & Prophetarum, praesertim vero, quae eo sabbato leguntur, seu lectae in eorum sunt synagogis iuxta Sanctorum tamen Patrum interpretationes, & verum catholicae ecclesiae sensum, ac in eis differatur de veritate Christianae fidei, de certo aduentu, & incarnatione filij Dei, illiusque Natiuitate, vita, Miraculis, Passione, Morte, Sepultura, Descensu ad inferos Resurrectione, in caelum ascensione, de eius Euangelio in toto terrarum orbe per Apostolos eius, & alio Sanctos praedicato, innumeris, atque clarissimis virtutibus, & illustrium miraculorum gloria confirmato, ac de eius spiritali, & vero Regno, & de impio idolorum cultu sublato, & gentium vocatione, de perpetua Hierusalem, & terra eorundem Iudeorum desolatione, tum ipsorum vbi que terrarum dispersione, & captiuitate, & de alijs similis argumenti dogmatibus, & articulis ex lege, & Prophetis de diutina praeterea, & irrita Iudeorum aduentus Messiae, & carnalis illius regni expectatione, de vana eorum quae saepe quinimo quotidie eos frustrata est spe reditus in terram promissionis, & restorationis tertij templi, & denuum de multiplicibus, & varijs erroribus, & haesibus eorum, in quas miserime se demerserunt, postquam Christum Dominum in carne venientem agnoscere noluerunt, & de falsa per eorum Rabinos tradita, sacrarum scripturarum interpretatione, quarum literarum sensum fabulis, mendacijs, & varijs dolis, & modis detorquentes corruerunt, & deprauarunt, & haecenus corrumperere, & deprauare non desinunt,

finunt, deque omnibus alijsque eos possint ad agnitioem fidei ad errorum suorum correctionem, ad orthodoxamque fidem conuenerere, pro loci temporis, sumptique argumenti ratione prudenter agant, veris, & ex sacra scriptura de promptis demonstrationibus, nulla cum obreftatione, aut iracundia, sed magna cum charitate, & modestia veritatis lumē illis aperire conētur, ad quos sermones, & lectiones volumus, vniuersos & singulos vtriusque sexus iudēos a duodecim annis supra, infirmitate, aut alia legitima causa, de qua ordinarios docere debeāt non impeditos, in ciuitate, & locis vt praefertur habitātes, vel aliūde obueniētes, etiā si inibi domicilium non habeant, ita per circuitum conuenire, vt tertia saltem eorum pars, nec vnquam minor semper adsit. Quod si facere neglexerint interditi cum fidelibus commercij, & alijs pœnis arbitrio ordinarij, pro contumacia modo imponendis, donec satisfecerint competenter ad ipsos sermones audiēdos, compellantur. Si quis vero de numero fidelium ita fuerit salutis, aut sui, aut proximi sui, de quo vnicuique mandatum est immemor, qui eos a salutariibus huiusmodi sermonibus, seu lectionibus directe vel indirecte abduxerit, aut impediuerit, seu contenderit quoquomodo, excommunicationis sententia sit eo ipso ligatus, & contra eum ad alias pœnas ordinarij arbitrio omnino procedatur. Ceterum imperatorem regesque, & principes omnes, nec non respublicas, magistratus, & dominos temporales saeculares rogamus, & obtestamur in domino, vt Patriarchis, Archiepiscopis, episcopis, & alijs ordinarijs praedictis, eorumque vicariis, & ministris suum in praemissis auxilium praestent, amplissimum ab omnipotenti Deo praemium in supremis gloriae aeternae tabernaculis, habituri, &c. Datū Romae apud Sanctum Marcum anno Incarnationis Dominicae 1584. Kal. Septembris Pontificatus nostri anno tertio decimo. Sequitur publicatio facta Romae die 14. Septembris 1584.

PRIVILEGIA REGVLARIVM.

**P**RÆTER Summissas sciendum est, privilegia Regularium fuisse moderata per Concilium Lateranense sub Leone X. deinde per Conc. Trid. & per eius Sacram Cōgregationem fuisse factas aliquas declarationes, ac postremo per Constitutiones praefertim Pij IV. Greg. XIII. quas referam. Moderatio privilegiorum per Sedem Apostolicam Fratribus mendicantibus, & alijs religiosis concessorum per Leonem Decimum facta in Concilio Lateranensi habetur in Bulla Leo. X. rio, fol. 217. incip. Dum intra mentis arcana, & infra.

1. Sacro approbante Concilio statuimus, & ordinamus, quod Episcopi, & eorum superiores, & alii Praelati praefati, Parochiales ad eisdem Fratres, & eorum suorum legitime spectantes, quo ad ea, quae ad Parochianorum curam, & Sacramentorum conseruationem, administrationemque pertinent, sine tamen visitatorum insolito grauamine, vel impensa visitare, & illarum curam gerentes, & circa illam delinquentes, si Religiosi fuerint iuxta ipsius ordinis regularia instituta, intra septa regularis loci Seculares vero presbyteros, & Fratres huiusmodi beneficia obtinentes, libere tanquam sua iurisdictioni subiectos punire. ca. per. exemptione de priuile. in 6. Con. Tri. sess. 25. de regul. c. 11.
2. Actam praelati quam presbyteri saeculares, qui vinculo excommunicationis ligati non fuerint, Missas in ecclesiis domorum eorundem, deuotionis causa, celebrare volentes, libenter recipere debeant.

Ac



- 3<sup>o</sup> Ac ab eisdem Prelatis ad Processiones solennes pro tempore faciendas requisiti (dummodo eorum loca suburbana ultra unum miliarium a civitatibus respectu non sint remota) accedere. Videbis Concil. Tr. sess. 24. de ref. c. 14. & extra de clar. congreg. Concil. vt infra.
- Clem. 4* Nec non superiores eorundem Fratrum, Praetres, quos ad audiendas confessiones subditorum eorundem Prelatorum pro tempore elegerint, eisdem Prelatis personaliter exhibere, ac presentare, si eos sibi exhiberi & praesentari poterint, nisi quin eorum Vicarijs (dummodo ad Praelatos ultra duas dioceses accedere non cogantur) omnino teneantur. Possintque illi per eosdem Episcopos, & Praelatos super sufficienti literatura, & aliqua saltem huiusmodi sacramenti penitentia duntaxat examinari, Talibusque presentatis admittis, veletiam indebite recusatis, confidentes, confirmationi, qua incipit, Omnis vtriusque sexus, quo ad confessionem duntaxat satisfecisse censeantur. Ipsique Fratres, etiam forensium, confessiones audire valeant, laicos tamen, & clericos saeculares a sententiis ab homine laico non licentibus absolvere possint.
- 5<sup>o</sup> Eucharistia vero, & extremae unctionis, aliaque ecclesiastica sacramenta illis, quorum etiam infirmorum, ac decedentium confessiones audierint, dicentibus proprium sacerdotem illa sibi dare denegasse, dare nequeant, nisi denegatio sine legitima causa facta, vicinorum testimonio probata, aut requisitio eorum Notario publico facta doceatur. Eorundem vero Fratrum obsequio insistentibus sacramenta huiusmodi nullatenus ministrare valeant, nisi illorum durante obsequio.
- 6<sup>o</sup> Pacta autem, & conventiones inter eosdem Fratres, & Praelatos, atque curatos pro tempore inita valeant, nisi per subsequutum Capitulum proximum generale, vel provinciale refutata per eos refutatio huiusmodi in iudicio debitis tempore fuerit.
- 7<sup>o</sup> Parochias autem cum Cruce ad levanda funera eorum, qui apud ecclesias domorum, & locorum eorundem suam elegerint sepulturam intrare non possint, nisi prius praemonito, & requisito ac recusante parochiano presbytero, & tunc sine eius, ac ordinarij praedicti, nisi eiusdem Fratris super hoc antiqua consuetudo, qua licet in vicinis observantia, & cum pacifica possessione suffragetur. De hac re vide decretum Sacrae Congregationis, vt infra.
- 8<sup>o</sup> Volentes quoque sepeliri habitu eorundem Fratrum in claustris non degentes, sed in proprijs domibus habitantes, in eorum ultima voluntate sepulturam sibi essegere possint.
- Conc. Tr. sess. 23. de ref. c. 12.* 9<sup>o</sup> Quodque Fratres ipsi ad ordines promovendi, per Ordinarios de grammatica, & sufficientia examinari, & dummodo competenter respondeant per eosdem Ordinarios libere admitti, ac nullatenus in eorum ecclesijs, seu domibus, aut alijs eorum locis ab alio quam a dioecetano Episcopo, vel eius vicario, super hoc cum debita reverentia requisito, & absque rationabili causa contradicente, vel eo a dioecesi absente, ad dictos ordines promovendi debeant. Vide declarationem Concilii supra relatum in ver. Ordo, fol. 392.
- 10<sup>o</sup> Nec ab alieno Episcopo consecrationem ecclesiae, vel altaris, aut cimiterij benedictionem petere, seu in ecclesijs per eos pro tempore administrandis primum lapidem per alienum Episcopum poni facere possint nisi ubi Ordinarius bis aut ter cum debitis reverentia, & instantia requisitus, sine legitima causa id recusat.
- Cle. 1. de* 11<sup>o</sup> Et absque curatorum consensu sponsam, & sponsam benedicere nequeant.

12. Et ut debitus honor matriæ ecclesiæ reddatur, tam ipsi Fratres, quam alij clericij laculares, etiam super hoc Apostolica Sedis privilegio muniti die Sabbati maioris hebdomada, antequam campana cathedralis, vel matriæ ecclesiæ pulsaverit, campanas in ecclesiis suis pulsare minime possint, contrafacientes poenā centum ducatorum incurrant. V. de supra in verb. campana.

pr. Cc. Tr. sess. 24 de ref. c. 1.

13. Censuras autem per eosdem Ordinarios latis, & promulgatas, ac in matriæ ecclesiæ ciuitatum, nec non in collegiatis, & parochialibus ecclesiis castrorum, & oppidorum respectiue solenniter publicata, quando super hoc ab eisdem Ordinariis requisiti fuerint, in ecclesiis, domorum suarū publicare ac seruare. De qua re vide plura in Cle. 1. de sent. excom. Conc. Tri. sess. 25. de regula. c. 12.

X 033

14. Et ut animarum vtriusque sexus Christi fidelium saluti uberius consulatur, illos quorum confessiones pro tempore audierint, cuiuscunque status, & conditionis fuerint ad soluendum decimas, siue aliam bonorum, seu fructuum quotā, in locis in quibus decimæ ipsa, aut similia solui consueuerint, etiam sub onere conscientiarum suarum monere, & hortari, ipsi quoque etiam illas soluere recusantibus absolutiōnem denegare, & super hoc requisiti, id populo etiam publice predicare, & persuadere teneantur.

c. 1. de deci. in 6. Cle. cupientes de poenis Cō. Tr. sess. 25. de ref. c. 12.

15. Conservatores autem eisdem Fratribus pro tempore a Sede Apostolica deputandi doctrina, & probitate prastantes, & in ecclesiastica dignitate constituti esse debeant, & coram eis per eosdem Fratres, quibus dati fuerint, ultra duas dietas a loco, in quo solita habitatio nullus trahi possit, privilegium super hoc alias eis concessis nullatenus suffraganeus.

Vide de

16. Exco. nunciati quoque ordinem Mendicantium profiteri volentes, vbi de interesse tertii ageretur absoluti non possint nisi præuia satisfactione.

clara- tionem Cōcilij ut in- fra.

17. Procuratores quoque, & negotiorum gestores, ac operarij eorundem Fratrum seruius indistinctis sententiis exco. nunciationis promulgatis, illaqueati sunt, & esse censentur, si illis causam dederint, aut dantibus consilium, auxilium, vel fauorem præstiterint.

18. Fratres autem, & Sorores Tertij ordinis, nec non Mantellati, Corrigiati, Pizochara, Cordellati, & alij quocunque nomine nuncupati, in proprijs domibus habitantes, sepulturam, vbi volu erint eligere valeant. Sed die Paschatis tantum Eucharistiam nec non extremam vnctionem, ceteraque ecclesiastica sacramenta (penitentia sacramento duntaxat excepto) a proprio sacerdote recipere, & ad onera, quæ laicis incumbant, perferenda teneantur, ac in foro seculari coram iudicibus conueniri possint. Et ne censura vilescat ecclesiastica, & minoris auctoritatis interdicti sententia reputetur, ijdem dicti Tertij ordinis ad diuina audienda in ecclesijs suorum ordinum tempore interd. cti nullatenus admittantur, si causam dederint interd. cto, vel causam ipsam nutiant, seu foveant, aut dantibus auxilium, consilium, vel fauorem quoquo modo præstiterint. Collegialiter autem viuentes, seu cum Claustralibus habitantes, ac mulieres virginalem, seu calibem, aut castam vidualem, expresso voto, & sub dicto habitu vitam ducentes, privilegij, quibus fratres ordin. cuius tertij regula habitum gestant, gaudere debeant. De hac materia videre poteris Ca. Zaba. in clem. cum ex eo. de sen. excom. vbi gloss. clem. 1. de rel. dom. Capi. decis. 115. c. cum plantare. §. fi. & ibi gloss. in ver. nullatenus. c. v. privilegia, & c. quidam. de priuil. & clem. 1. §. fin. cō. tit. Conc. Tri. sess. 24. de ref. c. 11. vbi de oblat.

111

19. Omnia etiam singula supradicta ad rel. quos Religiosos ordinum quoruncunque extendi & per eos etiam seruari debere volumus, atque decernimus. Saluis tamen

tamen in reliquis desuper non expressis, tam Episcoporum, quam Fratrum, & aliorum Religiosorum prædictorum iuribus, quibus per præmissa in aliquo præiudicare, seu quicquam in nouitate non intendimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus, dictorum ordinum, iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegii quoque, & indultis, ac literis Apostolicis &c. Dat. Romæ in publica sessione in Lateranensi sacrosancta Basilica solenniter celebrata, anno Incarnationis Dominicæ 1516. 19. Decembris. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Leo X.

Prædicta verba (expresso voto) declarata fuerunt deinde per eundem Leonem X. ut per eius constitutionem incip. Nuper in sacro Lateranensi Concilio, & infra, Cum autem sicut accepimus a quibusdam nimium curiosis veritatem in dubium, an votum prædictum de voto solenni religionis intelligatur, cum illud tria substantialia comprehendat, obedientiam scilicet, pauperiæ & castitatem, & circa dictas mulieres virginalem seu castam videlicet vitam ducentes de virginitate, & castitate tantummodo mentio fiat. Nos ad tollendum omne dubium motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine harum serie decernimus, & declaramus, quod in præmissis de voto solenni religionis minime intelligi debeat, ita ut mulieres virginalem, aut castam vitam simpliciter vouentes etiam in consanguineorum, & affinium suorum, aut proprijs domibus, vel seorsum habitantes, privilegijs & immunitatibus prædictis in omnibus, & per omnia frui, & gaudere debeant. Non obstantibus omnibus illis, quæ in dicta constitutione nostra volumus non obstat. Ceterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ sub anulo Piscatoris die prima Martij 18. Pontificatus nostri anno Quinto.

Reperitur hæc declaratio impressa in collectione privilegiorum per Io. Bapt. Confess. fol. 110. & in privileg. Minorum f. 78. D. Tertius mulieribus in congregatione viventibus videnda erit Constitutio Pij V. incip. Circa res mulierum quoque; & Constit. Greg. XIII. incip. Deo sacris, quæ fuerunt relatæ supra in verbo Monasteria monialium fol. 339. & iste tertius ordo fuit reformatus per eundem Pium V. ut in eius constit. incip. Ea est officij nostri ratio. fol. 119. in Bullario.

Ne liceat Regularibus leuare defunctorum funera, sine proprio defuncti Parocho.

Decretum  
sacra Cō  
gregatio  
nis.

Licet in sacro generali Lateranensi Concilio statutum, & ordinatum fuerit, ut fratres Ordinum Mendicantium, ceterique Religiosi Regulares non possint intrare Parochias cum Cruce ad leuanda funera eorum, quæ apud Ecclesias Domorum, & locorum eorundem suam elegerint sepulturam, nisi prius præmonito, & requisiti, ac recusante parochiano presbytero, & tunc sine eius, & Ordinarii præiudicio; Significatum tamen est Sacra Congregationi S. R. E. Cardinalium negotijs Episcoporum, & Regularium proposita nonnullos fratres præsertim Ordinis Minorum de Observantia, cuiusdam consuetudinis prætextu, quæ neque antiquitate vallata, neque obseruantia viri digne, neque pacifica, & non interrupta possessione firmatam esse constare, contendere sibi licere, defunctorum funera proprio eorum parochiano absente, eoque requisiti, efferre & leuare; idque, haud leues controuersias, & altercationes, aliquibus in locis, non sine populi scandalo, & Dei offensione excitasse, Ideo volens eadem Sacra Congregatio omnem eiusmodi dissensionem, & scandalorum materiam, & occasionem præcidere, atque in futurum providere, ut tam parochi, quam Fratres ipsi, vnanime inter se vo-

se voluntate, & ea, qua par est charitate, vltima hac Christianæ pietatis officia defunctis præsent, declarat, & huius decreti tenore statuit, prædictis Fratrib. Ordinis minorum de Observantia, aliisque quibusvis Regularibus quorumcumque Ordinum, & Congregationum, tam Medicantium, quam non Mendicantium existant, nullo modo licere, etiam specialis alicuius consuetudinis prætextu parochias cum Cruce processionaliter, aut alias ad efferenda, & leuanda defunctorum funera intrare, vel illa leuare, & efferre, nisi vocato, & expectato proprio defuncti Parocho, eoque ibidem præsentem, si tamen ipse aliter fieri non cõsentiat, & permittat, vel nisi requisitus, venire expresse omnino recuset. Atque ita obseruari mandat, & districtè præcipit, firmis ceteroqui, & in suo robore permanentibus ijs omnibus, quæ super quarta funerum, & canonica portione, aliisque iuribus, ad sepulturas pertinentibus a sacris Canonibus, & Conciliorum decretis, Summorumque Pontificũ constitutionibus hæctenus sancita, ordinata sunt, vel alias ex particulari consuetudine, vel alio iure obseruantur. Roma die xij. Ianuarij. M. DCIII.

Alex. Card. Floren.

Hieronymus Auguchius Secret.

Romæ, apud Impressores Camerales, M. DCIII.

Post Concilium Lateranense sequitur. Conc. Trid. vbi etiam fuerunt moderata, & correctæ in aliquibus Regularium Privilegia, & ideo standum est eius dispositioni, & ex d. Concil. aliqua recollecta habes supra in verbo exemptio, reliqua patent ex d. Conc. lectura, & non abs re inferendas esse censui quasdam declarationes ad regulares pertinentes.

DECRETVM SACRÆ CONGREGATIONIS Illustriss. ac Reuerendiss. DD. S. R. E. Cardinalium Sacrosancti Trident. Concilij Interpretum super intelligentia, & obseruatione cap. 12. vers. Dies etiam festi, sess. 25. de Regular. & quadam aliæ decisiones eiusdem Congregationis ad Regulares spectantes.

Congregatio Concilii censuit, Decretum c. 12. vers. Dies etiam festi, sess. 25. de Regular. ita esse intelligendum, vt Regularium Ritus illis festis semper permaneat, quo ad Missas celebrandas, & cetera diuina officia, tam publice quàm priuatim ab ipsis Regularibus in eorum ecclesiis per soluenda. Nec citra hæc ab Episcopis quoquomodo, quicquam in contrarium eisdem Regularibus præcipi posse, Quod si de facto præceperint, Regulares nequiquam ipsis Episcopis obedire teneri. Verum quo ad Conciones, & lectiones, quas idem Regulares ad populum habuerint, debere se cõformare Euangelij, & Epistolis, quibus clerus secularis vitur illis diebus festis.

Congregatio itè Concilii censuit, Regulares, qui absque licentia Episcopi prædicauerint in ecclesiis, quæ suorum ordinum non sunt, tamen si Decreto eiusdem Concilii, c. 12. sess. 5. contrafecerint, non posse tamen puniri ab Episcopo, sed tantum a suis Superioribus.

Congregatio Concilii etiam censuit, Regulares monasterii ultra medium miliare a ciuitate distantis non posse ab Episcopo compelli accedere ad processiones.

kk Con-

Congregatio iudem Concilij censuit Episcopos, aut alios locorum ordinarios vigore cuiusvis Decreti eiusdem Concilij, nullam habere facultatem, quouis tempore in monasterijs domibus, & ecclesijs Regularium exemptorum, quibus non imminet cura animarum personarum secularium, visitandi sacristias, paramenta, vasa Sacra, altaria, & cetera huiusmodi, aut etiam tabernaculum, seu pyxidem, in qua Sanctissimum Eucharistia Sacramentum asseruatur.

Hier. Card. Matthaeus.

Locus † sigilli. Io. Franc. Fagnanus Sac. Congre. Conc. Sec.

Roma, Ex Typographia Camera Apostolica. 1602. Superiorum permissu.

*Decretum Sacre Congreg.*

Declaravit etiam Sacra Congregatio die 2. Iulij 1587.

Regulares qui quo ad confessiones audiendas idonei generaliter ab ordinarijs eorumve examinatoribus reperti, & p̄bati fuerint, generaliter quoque, & in distincte absque aliqua limitatione temporis, certorumve locorum aut generis personarum admittantur in Diocesi propria. De ceteris vero, qui non adeo idonei reperientur, si petierint se admitti, arbitrio ordinariorum relinquitur ipsos cum limitata facultate, prout eisdem ordinarijs magis expedire videbitur, probare, & admittere. Qui autem in domibus laicorum confessiones ex causa audierint, statim Parochum admonere teneantur, & fidem audite confessionis pro Medico adueniente relinquere.

F. Michael Bonel. Card. Alex.

Georgius Palearius Secret.

*Decretum eiusdem.*

Insuper sciendum est, quod per Sacras Congregationes super interpretatione Sacri Conc. Trid. & Regularium iussu Greg. XIII. declaratum fuit nempe, quod Regulares omnes in Ciuitatibus Italiae existentes, sibi conseruatores eligerent coram quibus conuenirentur, ac semel electus non nisi in capitulis provincialibus mutarent, eorumque nomina intra mensem a die electionis Episcopis locorum ordinarijs indicerent, alioquin coram ipsis ordinarijs conueniri possent.

Has declarationes refert Io. Bapt. Confect. in Summario privileg. ord. Mendic. tit. 17. c. 4. fol. 154. & tit. 4. cap. 9. fol. 63. & notandum quod quidam sunt conseruatores secundum iura, & priuatarum personarum, de quibus habetur in cap. 1. & cap. fin. vbi Io. And. alijque Doctores de off. deleg. in 6. & in Conc. Trid. sess. 14. de ref. cap. 5. quidam vero sunt conseruatores privilegiorum regularium, de quibus post Guid. Papam in decis. 11. & decis. 18. & decis. 347. Mandos. de sign. gratia tit. Conseruatoria, Nauar. in man. c. 27. nu. 125. & in cons. 1. de off. deleg. in antiq. & 3. in non. latissime de eis agitur per Sorb. in Compen. priuileg. Mend. in verbo Conseruatores ordinis, Emanuel. Roderic. tom. 1. quest. regular. q. 65. & Confect. loco proxime citato, quam declarationem de conseruatoribus eligendis per regulares habes etiam in Conc. Prouinc. Mediolan. quinto sub tit. de Episcopo, episcopali iurisdictione, & foro fol. 126. in volumine actorum ecclesie Mediolan.

Decretum

Decretum, quo declaratur, Episcopis, in ecclesiis Regularium Pontificalia exercen-  
tibus licere Baldachinum erigere.

**D**ecet, Episcopis, pro eo, quo in ecclesia Dei excellunt dignitatis gradu, in quo  
cunque suarum Dicecesum loco, quoties eo, ibi Pontificalia exercere, aut, in  
Pontificalibus adesse, & assistere contingit, eam, quam par est, reuerentiam & ho-  
norem, decoro cultu, & ornatu exhiberi. Quare non sine graui animi dolore, au-  
ditum est, nonnullos Regulares, vano quorundam immunitatum & priuilegio-  
rum pretextu, Episcopis in eorum Ecclesiis in Pontificalibus interessentibus, nō  
modo renuisse in eis, supra locum Episcopalis solij, Baldachinum erigere, verū  
id etiā iussu ipsorummet Episcoporum curantes, prohibere & arcere ausos fuisse.  
Atque ideo Sacra Congregatio S. R. E. Cardinaliū negotijs, & consultationibus  
Episcoporum, & Regularium preposita, factō verbo cum Sanctissimo Domino  
nostro Clemente Papa viij. ac de Sanctitatis Suae speciali, & expresso mandato  
hoc presenti decreto, perpetuis futuris temporib. valituro, declarat, statuit decer-  
nit, & mandat, vt de cetero Episcopi, vbi tam ex consuetudine, & priuilegio, quā  
ex sacrorum Canonum constitutionibus, & Pontificalis Romani praescripto, aut  
alio iure, Pontificalia exercere, aut Pontificalibus paramentis cum mitra, vel etiā  
sola cappa induti, in quibusuis Regularium Mendicantium, quam non Mendi-  
cantium, Monachorum, etiam Cassinensium, Clericorum, Presbyterorum, & cu-  
iusuis alterius Ordinis, & Religionis, Militiæ, Societatis, aut Congregationis Ec-  
clesijs, interesse possunt, ipsi Regulares, quoties opus fuerit, teneantur ibi, & de-  
beant, in loco ad solium Episcopi constituendum opportuno & congruo, Balda-  
chinum attollere, Eis autem id facere negligentibus, aut nolentibus, liceat eisdē  
Episcopis illud asportari, & in quacunque eorundem Regularium, aut alia quan-  
tumuis exempta Ecclesia, supra Episcopale solium, seu Pontificale Faldistorium,  
erigi facere, atque sub eo sedere & stare, quemadmodum in proprijs & Cath-  
edralibus eorum Ecclesiis stare & sedere solent, eo tamen duntaxat tempore, quo  
Pontificalibus aderunt, peragetur. Si qui vero Regularium huic declarationi statu-  
to, decreto, & mandato, inobediētes, & cōtumaces fuerint sciant se ab eisdē Epif-  
copis ad id, per cēsuras, & penas ecclesiasticas, huius Decreti virtute cogi, & com-  
pelli posse, aliisque penis tam spiritualibus, quā tēporalibus, arbitrio Sūmi Romani Pō-  
tificis subiacere, & obnoxios fore. Non obstantibus quibusuis Cōstitutionibus, &  
ordinationibus Apostolicis ac dictorum Ordinum, Religionum, Militiarum, So-  
cietatum, & Congregationum quocunque nomine censeantur, statutis, priuile-  
gijs quoque indulus, & literis Apostolicis sub quibuscunque tenoribus, & formis  
& cum quibuslibet etiā derogatorijs derogatorijs alijsque efficacioribus & in-  
solitis clausulis, ac irritantibus & alijs decretis in cōtrarium praemissorum hactē-  
nus quomodolibet concessis, confirmatis & approbatis: quibus omnibus, & singu-  
lis, etiā si talia essent, quæ sub generali expressione & derogatione non venirent,  
sed de illis, eorumque totius tenoribus specialis, specifica, & indiuidua, mentio  
habenda foret, eorum tenores, praesentibus pro expressis, & ad verbum insertis  
habens eadem Sanctitas sua, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogant,  
ceterisque in contrarium facientibus, quibuscumque. Romæ die 10. Iunii 1603.

Alex. Card. Flor. Epif. Prænestin.

Hier. Agucchius Secret.  
KK 2 Nota

Nota hanc declarationem pro ampliacione Clem. Archiepiscopo. de privileg. quia antea non poterant prohiberi ab exemptis, Card. Zaba. in d. Clem. §. simili. imo etiam eis inuitis poterant exercere ea, quae in d. Clem. continentur, & per eosdem Episcopos iuxta terminos huius decreti possunt hodie compelli censuris, & poenis ecclesiasticis vigore huius decreti, nam antea oportebat agere coram superiore exemptorum idem Card. in d. Clem. §. si. in fine & dictum fuit supra in ver. Archiepiscopi auctoritas in 30. auctoritate. fol. 82.

Quarta  
funera-  
lium.

Quasdam alias declarationes habes supra in verbo confessor, & quantum ad quartam funeralium attinet, apud Conuentum Sancti Aloysii, seu Sancti Ludovici de Neap. ordinis Minimorum conseruatur sequens declaratio authentica ab Auditore Camera Apostolica tenoris sequentis.

Illustrissimi, & Reuerendiss. DD. Fratrum Minimorum Sancti Francisci de Paula Sacra Religio a suis primordiis gaudet quodam Apostolico privilegio per fel. mem. Iulium secundum Pont. Max. Anno Domini MDVI. sui vero Pont. 3. Beato Francisco de Paula Patri, & Fundatori praedicti ordinis tunc in humanis agentis, & sua Religioni benigne concessio, in quo Indultum extitit, Monasteria, Domus, & Conuentus dicti Ordinis tam constructa olim, quam in futurum construenda nedum decimas ex Noualibus, Pradijs, Hortis, verum etiam nullum Parochis ecclesiarum quartam funeralium teneri debere persolvere ut in dicto Privilegio latius est videre, ad huius effectum huic Sacrae Congregationi praesentatum. Et quia licet hoc non obstante aliquibus in locis praedicti ecclesiarum Parochi, & Rectores perperam forsitan intelligentes Sacri Conc. Trid. sess. 25. cap. 13. sensum, seu illum in eorum fauorem retorquentes, nituntur a praedictis Fratribus huiusmodi funeralium portionem seu quartam extorquere, quoniam Cadaver aliquod apud ipsorum Fratrum monasteria sepeliri contingit, magnas pro ea fratribus molestias inferentes assidue. Ideo Frater Petrus a Mera Provincialis minister dicta Religionis minimorum Sancti Francisci de Paula in Castella Provincia Illustrissimis & Reuerendissimis DD. VV. humiliter supplicat ut ad sedanda scandala, & evitandas lites dignentur declarare, an per d. sacrum Concil. Trid. huiusmodi privilegio derogatum veniat quo ad solutionem praedictam, vel decreto ipsius Concilii non obstante debeat observari, & Fratres d. Ordinis ab ea solutione immunes & liberos censeri. Quas D. Opt. Max. Congregatio Concilii censuit huiusmodi privilegio ante quadraginta annos ante Concilium, ut proponitur concessio minime derogatum esse eiusdem Concilii decretis.

Hier. Card. Matthaeus.

Locus † Sigilli.

Aliam declarationem habes impressam in 1. Tomo Regular. quaest. Emanuel. Roderici art. 39. q. 2. fol. 365. videlicet.

Congregatio Concilii censuit, non comprehendi monasteria adificata a quadraginta annis extra, aut quae in dies adificantur, vel in futurum adificabuntur, praesupposito, quod huiusmodi monasteria sint eius religionis, cui a Sede Apostolica indulgum sit, & quartam funeralem non debeant solvere Episcopo.

Antonius Card. Carafa.

Publica.

Publicato Concil. Triden. pro eius observatione fuerunt editæ a Pio IV. duæ Constitutiones derogando etiam privilegiis Regularium in his, in quib. statutis, & decretis dicti Concilij contrariantur, quæ relatæ fuerunt supra in verbo Concilium Tridentin. fol. 183. de quorum privilegiorum abrogatione habentur per Emanuel. Roderic. tomo. 1. quaest. regul. q. 8. Et cum per Pium V. fuissent editæ tres Constitutiones pro Regularibus prima incip. Et si Mendicantium. fol. 982. in Bullar. secunda incip. Ad hoc nos Deus. fol. 1133. Tertia incip. Ad exequendum. fol. 999. in Bullario & uide infra in verbo Vicarius perpetuus, & præallegatæ Pij V. Constitutiones sunt tenoris sequentis.

*Bulla confirmationis, & noue concessionis privilegiorum omnium Ordinum Mendicantium, cum certis declarationibus, Decretis, & Institutionibus S. D. N. D. Pij V. motu proprio.*

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

**E**TSI Mendicantium ordines, qui sedulo in vinea Domini quotidie exhibere nõ cessant famularum, summo semper studio (etiam dum in minoribus essemus) amplexi sumus, ad summi tamen Apostolatus apicem (Meritis licet imparibus) diuina fauente clemetia assumpti, dum id mente recolimus, facere non possumus, quin eos propensiori charitate, & paterno affectu amplectamur: ac ex inde pro suis sanctis studiis, honestisque laboribus, proque salute animarum, ab Apostolica Sede (cuius continue pacem, & dignitatem, ordines ipsi fortiter tutati sunt) tam spiritualia, quam temporalia subsidia ornamentaque acceperint, & accipiant, quibus, & sancta sua officia, ac vitam suam Regularem facilius, atque expeditius exequi, & transigere possint, & cetera religiose personarum, ordinisque alii, exemplo ipsorum, promptiores, alacrioresque ad sua officia persoluenda reddantur. Hinc est quod nos attendentes plerosque ex venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, & episcopis, qui eisdem ordines præcipue tanquam fructiferos in agro Domini Palmites, & colere, & adiuuare debent, non solum id exequi negligere, verum etiam Concilii Trid. decretis in præuium sensum retortis, eos, & eorum quolibet, variis afficere incommodis, & perturbacionibus, eorumque privilegiis non modicum afferre grauamen, conantur.

Quidam enim Episcopi, (vt accepimus) nolunt admittere quosdam regulares ad prædicationem, etiam in suis ecclesiis faciendam, quamuis de eorum habilitate ad huiusmodi opus exercendam, habeant bonum testimonium a suis superioribus.

Alii vero volunt, vt ne dum semel, sed etiam pluries in anno coram ipsis, vel eorum Vicariis prædicatores presententur, ac pro licentia prædicandi, (quam non nisi in scriptis dare volunt) aliquid quandoque exigunt.

Alii etiam episcopi, maximam Regularibus iniuriam irrogare videntur, dum præter ordinem, & veterem consuetudinem, absque vlla ratione quosdam reit-



ciunt, & quosdam (pro eorum libito) admittunt ad prædicationem huiusmodi habendam in locis sua Diœcesis.

Quorundam etiam locorum ordinarii, quosdam Religiosos probos, viros, & idoneos, (etiam a suis superioribus approbatos) ad confessiones audiendas admittunt nullo modo, volunt.

Quidam ex eis volunt, non solum singulis annis, sed etiam pluries in anno in aliquibus partibus eisdem confessores sibi præsentari.

In aliquibus vero oppidis tam episcopi, seu eorum Vicarii, quam presbyteri curati nolunt, vt fratres mendicantes vocati ad audiendas confessiones infirmorum, (maxime si infirmitas est grauis) aut etiam sanorum in priuatis illorum domibus, vel alibi præterquã in suis ecclesiis, aut Monasteriis possint accedere.

Nonnulli etiam audent confessores Monialium, (qui pleno iure sub sunt Regularibus) examinare, cum tamen id minime per Concilium decernatur, sicut & de fratribus, qui sunt audituri confessiones aliorum fratrum.

Qui etiam in aliquibus partibus nituntur asserere, seu facere, ne quis quam infra annum possit sacram Eucharistiam in ecclesiis Mendicantium recipere, neque etiam Moniales tertiarias nuncupatas suorum ordinum, (vt aliqui asserunt), in aliquibus partibus fieri, cum tamen solum in Paschate, (quo ad saculares duraxat) iuxta priuilegia Summorum Pontificum prædecessorum nostrorum eisdem ordinibus concessa id obseruari debeat.

Alii vero Episcopi, seu eorum Vicarii audent ad eorum libitum dare licentiam quibuscunque, Monasteria Monialium etiam Sanctæ Claræ ingrediendi, etiam si Regularium curæ subdita sint.

Quidam vero sub prætextu exquirendi voluntates puellarum, ante professionem earum volunt eas extrahere a Monasteriis, & per longum tempus alibi detinere, ipsasque puellas, seu nouitias de plerisque rebus interrogare, neque necessarijs, neque in decreto Conc. Triden. desuper contentis, ex quibus non modica potest oriri occasio scandali.

Alii vero plerique noluerunt quosdam Regulares aliarum Diœcesum sacris ordinibus initiare, ac etiam a sui Ordinis Prælatis approbatos admittere in plura.

Aliqui vero singulis dominicis diebus in suos Parochianos ad sonum campanæ excommunicationem promulgant, vt non possint interesse Missis, Concionibus, & diuinis officiis, nisi in propria parochia.

Alii vero ipsis prohibent vt omnino in alijs ecclesijs, (etiam requisiti) non celebrent.

Alii vero in aliquibus partibus, in eorum ecclesijs conciones Sacræ Scripturæ, & sermones pro mortuis haberi nolunt; & si aliquid ipsis relictum fuerit, vt ab ipsis Missæ dicantur, vel alia officia pro mortuis celebrentur, ipsis sibi ea usurpant dicentes, quod ipsi ea exequi non possunt, quia ipsi sunt Pastores.

Alii vero sub excommunicationis lata sententiæ, & exilij per decennium a die censi penâ, inhibuerunt ne Missæ in eorum ecclesijs celebrentur, in diebus festiuis, antequam rector Parochialis ecclesiæ celebrauerit.

Alii etiam nolunt vt dum prædicatione in ecclesia Cathedrali habetur, alibi prædicetur.

Ac in super in quibusdam locis omnem ordinem, & quietem perturbant, dum controuersias iam diu sopitas, & extinctas super peccetia excitant, & vbi nullæ erant pepererunt, dum pro arbitrio, & voluntate eorum, hos illis præferre voluerunt.

Qui-

Quidam etiam Episcopi volunt Regulares a cura animarum excludi, & illam solis presbyteris secularibus committi.

Quidam vero quartam funeralium extendere volunt, etiam ad Missas, legatas, & alia quaecunque, quae domibus Regularium relinquuntur.

Alii autem volunt quartam partem omnium eorum, quae etiam pro ornamento ecclesiae, palliorum, planetarum, cortinarum, pannorum, & eorum etiam quae pro victu fratrum relinquuntur.

Aliqui etiam in quibusdam partibus, etiam volunt, ut non solum ius sepulturae solui consuetum, quod semper soluitur, neque denegatur, sed etiam omne illud, quod ecclesiis ordinum, ad eorum libitum partes dant, quando sepeliuntur ibidem defunctorum corpora, id totum curatis etiam de nouo soluantur, instantes conantur, impediens ne aliter corpora defunctorum ad monasteria fratrum deferantur, unde in hoc maxime tam partes, quam ipsos fratres grauari contingit.

Aliqui vero, etiam ex locis mendicantium, qui curam habent animarum, volunt pro seminario decimas exigere, ac in casu retinente etiam pignus exigunt.

Alii autem praefatos fratres, ac moniales sub eorum cura degentes subsidium regium persoluere cogunt, cum multae earundem Monialium vix habeant pro eorum victu, & vestitu necessaria uita.

Alii etiam in quibusdam partibus pauperes medicantes, elemosynas petere prohibent, pro eorum diuitiarum sustentatione, & si inuenerint eos panem, vel aliquid aliud simile amore Dei sibi collatum portantes, quandoque ab eis auferre minantur, afficientes eos graui iniuria, & contumelia.

Nonnulli vero Episcopi, vel Capitula canonicorum pauperes mendicantes, tam fratres, quam Moniales suorum ordinum, tam de redditibus bonorum, si quae habent, quam de possessionibus, Vineis, Agris, & aliis suis bonis quibuscunque non solum largitione fidelium sibi concessis, sed etiam alias iustis de causis ab eis acquisitis, ac pecuniis emptis sibi decimas, ac primitias aliis respectue soluere cogunt.

Alii autem ausi sunt inquirere, & processus facere contra aliquos Regulares intra claustra delinquentes, vel de quorum delictis aliqua erat suspicio, non expectata aliorum superiorum censura.

Alii vero episcopi monialium monasteria ingredi, & illa ingrediendi licentias suis concedere, & aduersus illas processus formare, ipsorum ordinum superioribus irrequiritis praesumunt.

Aliqui etiam dominium temporale super moniales habere praetendunt.

Nonnulli vero frequentissime Regulares citant, & iurisdictioni suae subicere tentant, ac eorum conuentum occupant, ipsos expellendo, ac in ipsos iurisdictionem, vel potestatem exercent.

Aliqui vero ipsos carceribus, (absque causa cognitione) mancipant, ac manibus, pedibusque laborant, ut Regulares Mendicantes suae dictioni subiciant, & usque adeo se immiserunt in gubernatione conuentuum, & in correctionibus fratrum, ut Provincialibus, & Generalibus nullus amplius videatur relictus locus, aut vlla iurdictio.

Aliqui autem conuentuum Priores, & Guardianos rationes, & computa facere cum Syndicis conuentuum huiusmodi prohibent.

Fratres quoque qui ad episcopos huiusmodi recursum habent, a Prioribus, & Guardianis praefatis castigari, & puniri interduntur.

Inhibent quoque superioribus ordinum, ne faciant processus contra fratres, ac

in ipsos imperium, & brachium faculare exercent.

Alij vero ipsos extra claustra degentes, sub eorum protectione recipiunt, & que sic permanere permittunt, eosque etiam inuitis suis superioribus detinent.

Aliqui vero bonorum ipsorum fratrum tanquam ad eos (si extra claustra defuncti fuerint) spectantium possessionem occupare presumunt, & ad habitum Religionis reuersis, sua bona consignare nolunt.

Ac etiam vniones a Sede prædicta, aut alias rite factas de beneficiis ecclesiasticis impediunt, & sibi relaxari debere voluat, & contradictores excommunicationis gladio feriunt.

Alii vero Regulares campanas diebus festiuis pulsare, vel eodem tempore, quo ipsi celebrant, Missas celebrare nolunt.

Aliqui etiam pro licentia danda ædificandi quãdam domum Regularem, triginta, vel quadraginta ducatos exigere non erubuerunt.

Alii vero eos mortuorum corpora associare, alii autem illos cum Parocho similia munera subire, non permittunt, nisi maior canonicorum pars interuenierit.

Alii vero mortuorum officia in Regularium ecclesiis peragi nolunt, nisi cum ipsorum præsentia, & ipsorum Moniales vel alias personas, etiam si in eorum funere Parochus interuenire non deberet, sepellire prohibent, nisi ipsi parochus prius certum quid solutum fuerit, & si aliquem, ipsi sciuerint, in Regularium ecclesiis sepulturam elegisse, eum (vt dicitur) non ante ad illas deferre sinunt, quã ad Parochi ecclesiam delatum, in ibique officium peractum fuerit.

Postremo vero testamenta sine presbyterorum præsentia fieri prohibent, & si quid ipsis Regularibus relictum fuerit, id asserentes contra Concilij Tridentini canones esse, reuocare omnino procurant.

Ac propterea volentes præmissis, ac alijs similibus excessibus, & grauaminibus ex nostri pastoralis officij debito providere, attendentes etiam illos, qui ontis dici, & ætus, tam in prædicationibus, quam in ceteris spiritualibus muneribus quotidie sustinent, nisi etiam aliquantis per subleuentur, facile fore, vt oppressa suis officijs omnino desistant, ne in posterum eis aliquod inferatur grauamen, Concilij Tridentini huiusmodi decreta, quorum falsa, seu minus vera intelligentia præmissa irrepserunt, quorumque declaratio non, nisi ad nos spectat, modo, & forma infra scriptis declarandũ censuimus. Nos igitur motu proprio, non ad alicuius instantiam, sed de mera deliberatione, & ex certa scientia nostri, ac de Apostolica potestatis plenitudine, declaramus canonem sessionis 24. cap. 4. per quem omnibus regularibus, etiam in sanctorum ordinum ecclesiis contradicente episcopo, prædicationis officium interdicitur; Mendicantium ordinum fratres huiusmodi, quando a suis Generalibus, vel eorum ministris prouincialibus, ad id deputati fuerint non comprehendere, neque eos afficere posse, Immo volumus quod in suis ecclesiis, quando eis placuerit, licite, & absque vlllo impedimento, vel contradictione, etiam episcopi, (nisi ipse prædicauerit) prædicare possint.

Quod vero in sess. 23. cap. 15. circa confessiones a Regularibus non audiendas statuitur, hoc etiam dictorum ordinum fratres, a præfatis suis Generalibus, vel Ministris Prouincialibus ad audiendas confessiones vtriusque sexus Christi fidelium approbato (vt præmittitur) minime comprehendat, ita vt a confessionibus audiendis, tam intra eorum ecclesias, & Domos, quam extra, minime prohibeantur, super hoc literas felicis recordationis Pauli Papa III. etiam prædecessoris nostri, concedentes eisdem fratribus mendicantibus regularis obseruantia, posse

confessiones facularium personarum, etiam infirmarum, etiam extra domos, & Monasteria sua, & vbilibet audire, approbando, & de nouo concedendo.

Statuimus etiam, quod ille qui semel in vna diœcesi admissus per episcopum fuerit, semper in eadem diœcesi habeatur pro admissio, nec amplius examinari, vel presentari in dicta diœcesi debeat, tam quo ad prædicationes faciendas, quam quo ad confessiones audiendas, nec aliquid pro prædictis exigi, vel recipi debeat.

Confessores vero monialium, quæ degunt sub cura regularium, ab Ordinario examinari nolumus, quemadmodum neque etiam fratres, si debeant audire confessiones aliorum fratrum, examinari debent.

Lectores in super ex eisdem fratribus, & in Theologia graduati qui cum licentia suorum superiorum ad gradum admissi fuerint, cum ipsorum doctrina ambigendum non sit, tam confessiones audiri, quam prædicationis munus subitari, ab episcopis minime examinentur.

Cumque in honestum sit, quemlibet in alienam messem falcem iniicere, cūq; Monialium monasteria non, nisi de episcopi, vel superioris licentia, & in casibus necessariis aliquis ingredi præsumat, in sessione 25. can. 5. prohibetur, hoc tantū in illis Monasteriis locum habere volumus, quæ ordinariis ipsis pleno iure subsunt in quibus, in casibus necessariis, ipsi dare licentiam possint, & non in alijs Monasteriis, ita vt in præfatis monasteriis, quæ ordinariis ipsis pleno iure non subsunt, ipsi ordinarii illa ingredi non possint prout in regulis earum, seu de iure statuitur, & eis aliquos processus aduersus moniales, ipsas, seu fratres huiusmodi, propterea, seu alias ipsorum ordinum superioribus, irrequiritis, quoquo modo formare, aut facere posse, omnino, prohibemus, ita vt aliquam iurisdictionem, seu aliud quodcunque dominū, in Moniales, & fratres huiusmodi, respectiue habere, exercere, aut exequi nullatenus possint, aut debeant, imo illas, & illos omnes, ab eorum superioritate, dominio, & iurisdictione, & potestate eximimus, & liberamus, prout eis concessum est per sua privilegia, a sede præfata obtenta, & ita præfata moniales, ac fratres, sint exclusi a superioritate, & iurisdictione ordinariorum respectiue huiusmodi, vt etiam in illarum, vel illorum Syndicis, aut procuratoribus deputandis, vel in disponendis illorum facultatibus, vel alia sibi non competentia facienda, vllatenus nō se intromittāt, nec etiam ordinarii ipsi regulares præfatos citare, & iurisdictioni suæ subijcere, ac eorum conuentus occupare, ipsos ab eis expellendo, ac in ipsos iurisdictionē aliquam, & potestatem exercere, (vt præmittitur), aut ipsos carceribus mancipare, & contra eos aliquid aliud facere possint, vt suæ dictioni subijcian tur, neque etiam se intromittant vllō pacto, aut aliqua ratione in gubernatione conuentuū, tā fratrum, quam monialium huiusmodi, & illorum correctionibus, sed omnia ista, & alia necessaria ad correctionē, & gubernationem fratruū, aut monialiū huiusmodi, & eorū Generalibus, ac ministris, seu provincialibus, vel alijs eorū, aut earum respectiue superioribus, etiā ratione cōputa faciendi cū Syndicis conuentuū huiusmodi, omnino relinquātur, nec vllō modo in præmissis, & alijs, fratres, & moniales huiusmodi tangentibus, ordinarij prædicti per se, vel alios, se intromittant.

Fratres quoque si contigerit, eos ad huiusmodi ordinarios recursum habere, a præfatis Generalibus ministris, seu Provincialibus, Prioribus, Guardianis, & alijs superioribus castigari, & puniri posse, & debere, neque ipsos ordinarios præfatis superioribus ordinū huiusmodi, vllatenus inhibere, quinimo præfatos superiores processus contra fratres suos, & Moniales huiusmodi, quando opus fuerit, circa

dclcto-

delictorum inquisitione, vel castigationem facere posse decernimus, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis.

Inhibemus etiam ipsis ordinarijs, ne fratres extra claustra degentes sub eorum protectione recipiant, eosque inuitis suis superioribus deueant.

Prohibemus quoque eisdem ordinarijs, ne aliquo modo se intromittant in bonis dictorum fratrum, extra claustra suorum Monasteriorum pro tempore degentium, siue decedentium, & quamuis in habitu, siue absque habitu moriatur, volumus quod eorum bona mobilia, & immobilia, ad ordinem, quam professi sunt pertineant disponenda, iuxta constitutiones, seu ordinationes prefatorum ordinum, neque illa ordinarij prefati occupare presument, imo huiusmodi, & ad habitum religionis reuertentium, bona omnia Monasterijs ipsis, cum ea que acquirit monachus, de iure, Monasterio acquirantur, pertinere etiam decernimus.

Ac ipsis ordinarijs, ne quascunque vniones etiam perpetuas a Sede predicta, vel alias, ut praefertur haecenus factas, & pro tempore faciendas de beneficijs Ecclesiasticis, seu illorum fructibus, quin seum sortiantur effectum impediant, omnino etiam prohibemus, & censuras ecclesiasticas, & alias poenas, per eos in contradictores pro tempore latas, nullius esse roboris, vel momenti, similiter decernimus, & declaramus.

Insuper volumus quod prefati regulares, quibus cura animarum inest, possint per se ipsos iuxta suorum superiorum ordinationem, aut alios Vicarios, seu Cappellanos seculares, ipsorum Regularium nutu amouibiles, ab eis deputatos, & ab ordinario pro idoneis nominatos, & approbatos praefatam curam exercere, neque in eorum deputatione, vel amotione, neque alicuius partis fructuum consignatione, pro praefatis Cappellanis, seu Vicarijs secularibus, si per tales curam exerceri contigerit, episcopi vilo pacto se intromittant.

Prohibemus insuper eisdem ordinarijs, ac alijs quibuscunque personis, ne impediant ipsos fratres, quando eis placuerit, tam in diebus Dominicis, seu festiuis, aut alijs totius anni temporibus campanas pulsare, & etiam tempore quo ipsi celebrauerint, Missas celebrare, nec non mortuorum corpora associare, & illa per fratres ipsos, quando in ecclesijs suis praefatis delata fuerint, etiam absque praesentia rectorum ecclesiarum huiusmodi sepeliri facere, ac officia mortuorum huiusmodi peragi posse, necessariamque praesentiam Rectorum, aut aliorum clericorum, quin infirmi libere sua possint condere testamenta minime esset, ac ipsos regulares legata aut quauis alia sibi in testamentis relicta, exigere, & obtinere posse, neque aliquid ius in contrarium esse, decernimus, & declaramus.

Volumus etiam quod puellarum Deo dicandarum, an scilicet coactae vel seductae fuerint, examen faciendum, non nisi infra quindecim dies, postquam iuxta Concilium Tridentinum episcopi, vel vicarii requisiti fuerint fieri possit, quibus elapsis, amplius in hoc illis se intromittere non liceat, cuius occasione, nec episcopus, nec eius vicarius intra septa monasteriorum ingrediantur, sed stent antea tem ferream, & interrogationes, alias, quam eas quae praefatum Concilium Tridentinum iubet, eis fieri omnino prohibemus, ac similiter volumus, quod puellae seu nouitiae ipsae, ad alias interrogationes respondere minime teneantur.

Sessio 23. cap. 8. neminem nisi a proprio episcopo ordinari posse statuens, in regularibus locum non habere omnino declaramus, ita quod fratres huiusmodi praefatos, etiam sacros ordines, a quolibet antistite gratiam, & communionem Apostolicae Sedis habente, ordinarij loci minime requisita licentia, in lo-

eis seu domibus fratrum huiusmodi, aut alibi recipere possint.  
 10 Et insuper sessionis 22. decretum, per quod populum saepe ad suas ecclesias, saepe  
 tem dominicis, & maioribus festiuis diebus conuenire debere monet in sequen-  
 do: volumus quod si amibus huiusmodi, non solum prohiberi non possit, ne Mis-  
 sas, & alia diuina officia faciant, in eorum ecclesiis, verum etiam in quibuscun-  
 que alijs, vbi celebrari Missas solitum est, etiam ipsis non uocatis, seu ad id requi-  
 sitis, celebrare valeant.

11 Ac etiam quod conciones, & lectiones sacre scripturae, & sermones pro mor-  
 tuis, etiam in ecclesiis suis facere, ac elemosynas pro celebrandis huiusmodi Mis-  
 sis, & alijs diuinis officijs peragendis, si eis illas donari, seu relinquere contingit, re-  
 cipere, nec non Missas, & diuina officia huiusmodi, etiam in diebus dominicis,  
 vel festiuis, etiam antequam rector Parochialis ecclesie celebrauerit, celebrare, &  
 facere, & quando eis, videbitur, etiam si tunc in ecclesia cathedrali praedicetur,  
 praedicare, ac etiam quicunque vtriusque sexus Christi fidelis, totius anni tempo-  
 re illas, & illa, in ecclesijs fratrum huiusmodi audire possint, ipsique Christi fide-  
 los vllatenus desuper molestari, aut impediri per locorum ordinarios, seu Recto-  
 res parochialium ecclesiarum, aut alios quoscunque vlllo pacto, causa, vel occa-  
 sione non valeant, seu debeant, sed praefati Christi fideles, audiendo Missas, & alia  
 diuina officia in ecclesijs fratrum huiusmodi diebus dominicis, aut festiuis, pra-  
 cepto ecclesie de illis audiendis, satisfecisse censeantur.  
 12 Ipsique Christi fidelis Sacramentum Eucharistiae (resurrectionis Dominicae fe-  
 stiuitate dumtaxat excepta) sumere, eisque illud per fratres huiusmodi admini-  
 strari valeat, nec ad aliud faciendum, per locorum ordinarios, aut ecclesiarum re-  
 ctors praefatos, seu alios quoscunque (illorum licentia minime requisita) etiam  
 sub censuris ecclesiasticis, & alijs poenis, cogi, vel compelli possint, seu debeant,  
 etiam decernimus, & declaramus.

13 Et licet in Sessione 25. cap. 7. caueatur, quod censura, & interdicta ecclesiasti-  
 ca etiam a laicorum ordinarijs promulgata, mandante episcopo, a Regularibus  
 in eorum ecclesijs publicari debeant, tamen si tempore celebrationis alicuius ex  
 festis sanctorum ordinum eorundem, ac alias in alijs festiuitatibus, iuxta eorundem  
 ordinum, priuilegia Apostolica, interdictum huiusmodi emanauerit, illud  
 in praefatis festiuitatibus, & eorum octauis suspendimus.

14 Controversias autem omnes de praecedentia, quae eadem sessione 25. cap. vero  
 13. per episcopum terminari mandantur, non nisi durantes, per illum dirimi, fi-  
 nitas autem, nullo pacto innovari posse statuimus.

Cumque licet c. 12. sessionis 25. statuatur, quod in domibus virorum, seu mulie-  
 rum, quibus a nimirum personarum (saecularium) curia imminet, nulli etiam ad  
 nutum amobiles, nisi de praesentibus in sacro ordinarij consensu, ac praesentis exami-  
 nis huiusmodi praecedente ad curam huiusmodi, admitti posse omnino volumus  
 praefatos regulares.

15 Quartam autem funeralium de qua sessione 24. cap. 13. nequaquam soluere te-  
 neantur monasteria, quae a quadraginta annis citra, fundata existunt, postquam  
 Concilium ipsum loquitur tanquam de monasterijs ante annos quadraginta fun-  
 datis, quae ipsam quartam soluere consueverunt, & vbi solui consueuerunt, id tan-  
 tum cere, & aliorum, quae in aliquibus partibus fieri contigerit, tempore quo de  
 sanctorum corpora ad sepulturam deferuntur, non autem de Missis, seu legatis,  
 vel alijs fratribus ipsis, seu monialibus huiusmodi relictis, aut alias quomodolibet  
 donatis solui debet. sicq; intelligi Concilij decretum, quo ad quartam huius-  
 modi

modi soluendam debere decernimus. Vbi vero non est consuetudo soluendi quātam huiusmodi, de nullo supra scriptorum solui debere declaramus. Nec ad quātam seu aliam partem omnium eorum, quae etiam pro ornamento ecclesiarum, palliorum, planetarum, cortinarum, pannorum, & aliorum, quae dictis ecclesiis relinquuntur, vel dari contigerit, etiam si pro victu fratrum, aut alias relinquuntur, aliquid contribuere teneantur.

Ac etiam ius sepulturae solui tantum consuetum curatis, & non aliquid aliud eis solui debeat, quamuis partes ad earum iudicium, ecclesiis ordinum huiusmodi, seu eorum fratribus alia quaecunque tribuant, seu elemosyna elargiantur, quando sepeliuntur ibidem corpora mortuorum huiusmodi, nec propterea impediti debeant quin possint defuncto corpora praefata, ad eorum ecclesias tumulanda deferri facere.

Inhonestum quoque esse censentes mendicantium ordines ad aliquorum onerum contributionem teneri, illos, illorumque loca, etiam si curam animarum habeant, ac quaecunque beneficia illis unita ad contributionem pro seminario, aut decimarum aliquarum solutionem, immo illos, & eorum domos, Monasteria beneficia, & loca quaecunque, & ab illis quomodolibet dependentia, eorumque possessiones, vineas, agros, & prata, ac alia bona quaecunque tam ad ipsos, quam ad moniales praefatas, et largitione fidelium, seu alias iustis de causis ab eis acquisita, ac pecunijs empta, vel alias quomodolibet pertinentia, minime teneri, illosque, & illas a quibuscunque decimis, primitiis, quartis, medijs, & alijs fructuum partibus, nec non subsidijs caritatijs, etiam per nos concessis, ad quorumcunque etiam regum, Principum, & dominorum temporalium instantiam, quaecunque etiam virgissima, & de necessitate exprimenda causa, ac etiam alijs quibuscunque oneribus, tam ordinarijs, quam extraordinarijs, etiam ratione fructuum, olerum, virgultorum, lignorum, beneficiorum, & aliarum quarumcunque rerum, tam pro victu, quam vestitu, aut alias sibi necessarium quomodolibet, etiam Auctoritate Apostolica nunc, & pro tempore inpositis, ita ut penitus, & omnino ad aliquius rei contributionem minime teneantur, omnino eximimus & liberamus, illosque, & illas, ad illos, & illa etiam si saeculares, & aliae personae quaecunque in eas exigendi possessione fuerint, minime teneri debere volumus, nec sub c. 12. sess. 25. comprehendendi posse, vel debere decernimus.

Quod vero de usu quāstarum Elemosynarum auferendis loquitur sess. 21. ca. 9. id ad mendicantium ordines nullo modo referri posse, vel debere, etiam decernimus, quin potius cum ex elemosynis huiusmodi viuere cogantur, eis id facere liberum omnino esse declaramus.

Quoniam vero ex nimia episcoporum sibi irrogata auctoritate, ipsi personas regulares suae iurisdictioni subicere omnino student, ac decreto concilii praefati sess. 25. cap. 9. edito, quo cauetur quod si regularis intra claustra existeret, & extra ea ita notorie deliquerit, ut populo scandalosus sit, termino ab episcopo praefigendo, a suo superiore omnino puniatur, si minus ab ordinario delinquentes puniri possint, confisi varijs indebitisque grauatimibus regulares afficiant, ordinarios praefatos aliquid contra regulares, in claustris degentes huiusmodi, quouis praetextu, occasione, vel causa in nouare non posse, vel debere: nec aliquos processus contra ipsas personas regulares forinsecare, aut facere posse volumus, nisi propter manifestum scandalum, & suorum ordinum superioribus prius consultis, & negligentibus, alioquin omnia & singula contra praemissa, facta, & gesta, ac facienda in futurum pro nullis, & infectis habeantur.

Licen-

Licentia vero pro construendis domibus regularibus, quæ 3. capit. 25. sessio-  
nis nisi de Ordinarij licentia construi prohibentur: gratis omnino dari, & non  
nisi legitima subsistente causa (superioribus explicanda) illas recusari pos-  
se.

Nec non fratres præfatos (etiam solos) mortuorum corpora associare.  
Ac mandatum in die cenæ domini fieri solitum in ecclesijs seu domibus sca-  
trum cuiuslibet ordinis prædictorum, soleniter facere, & prædicta die prædica-  
re hora, qua eis videbitur, nec per locorum Ordinarios, aut rectores eccle-  
siarum, seu alios quoscunque prohiberi posse etiam decernimus, & declara-  
mus.

Mandantes etiam vniuersis locorum ordinarijs, ne mortuorum officia agere  
rectores parochialiū, in ecclesijs ipsorū fratrum (cōtra illorū voluntatē) permittāt.

Ac moniales dictis fratribus subditas, vel personas, sepulturam in eorum eccle-  
sijs eligentes (nulla soluta parochio portione) sepelire, vel si fratres ad mortuorū  
corpora associanda vocati fuerint, illa absque fratrum huiusmodi præsentia, sepe-  
liri facere audeant, vel præsumant.

Cūque maxime deceat liberari esse cuiusvis testantis voluntatem, præuē illū  
vsum paruo adhuc tempore (vt præfertur) inductum per quē testamenta abs-  
que presbyterorum præsentia fieri interdiciuntur, omnino abrogamus.

Postremo quod cap. 13. sess. 25. cautam fuit quod omnes scilicet tam clerici,  
quam regulares, quicunque ad publicas processiones vocati, accedere compellan-  
tur, id quo ad fratres præfatos de illis tantum processionibus intelligi volumus,  
ad quas secundum consuetudinem antiquam locorum, soliti sunt accedere, vel  
quæ pro bono pacis ecclesiæ, vel pro victoria cōtra infideles indicuntur, quod etiā  
de illis conuentibus, (qui collegia nuncupantur) minime intelligi volumus, in  
quibus fratres sub arctiori clausura degunt, ita vt nec in Choro cantent, nec ad  
mortuos accedant, sed tantum studijs, & lectionibus vacent.

Præterea si forte inter episcopos vel collegia, aut capitula, vel alias quasuis per-  
sonas, & præfatos fratres, seu moniales, aut eorū aliquos super præmissis, vel ali-  
quo eorū coram quocunque seu quibuscunque iudicijs, etiā causarū Palatii Apo-  
stolici Auditoribus, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, tam in Romana  
curia, quam extra eam, vbi libet lis, seu lites respectiue pendeant, nos litem, seu li-  
tes, & causam, vel causas huiusmodi ad nos aduocamus, ac illam, & illas, quarū  
statum, ac nomina, & cognomina iudicum, & colligantium præsentibus habe-  
ri volumus pro sufficienter expressis, cassamus, & extinguimus, ac partibus ipsis  
perpetuum silentium desuper imponimus.

Ac insuper vt facilius præmissa omnia illibata persistant, omnia, & singula pri-  
uilegia, immunitates, indulgentias, facultates, libertates, indulta, dispensationes,  
favores, & gratias, quæ decretis Concilij Trid. alias, quam vt superius est dictū,  
concessum, & declaratum, non contrariantur expresse eisdem fratribus, nec non  
monialibus quibuscunque, & sororibus tertij ordinis prædictorum ordinū, respec-  
tue ordinibus, ac illorū ecclesijs, Domibus, & personis, etiā viua vocis oraculo  
in genere, vel in specie, tam per Recol. memor. Eugenium 1112. Sixtum 1111. Leo-  
nem X. Paulū 1111. ac dictum Paulum 1111, & Plum. etiam 1111. quā alios quos-  
cunque Romanos Pontifices, etiā prædecessores nostros, ac nos, & Sedem eandē  
quomodolibet concessa, confirmata, & in nouata, nec non nostras, & prædecesso-  
rum nostrorū, ac alias quas unquam desuper confectas litteras, quarū omnium teno-  
res, ac eorundem prædecessorum nostrorū nomina, & alia de necessitate expri-  
menda,



mienda, ac si de verbo ad verbum (nil penitus, omisso), & forma in illis tradita observata inserti forent, etiam presentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, Auctoritate Apostolica, tenore presentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque perpetua, & inviolabilis firmitatis robur adijcimus, eaque perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari debere, ac fratribus superioribus, & personis ordinum huiusmodi, nec non alijs quibuscunque, quos illa concernuat, suffragari debere, seu posse volumus.

Nec non privilegia, immunitates, facultates, libertates, indulgia, dispensationes, exemptiones, fauores, & gratias, tam spirituales, quam temporales, modo, & forma, quibus concessa sunt, etiam per viam communicationis, & extensionis, active, & passive inter se, & alios quoscunque ordines respective de novo concedimus, illaque omnia, & singula ad domos, & loca quacunquē dictorum mendicantium ordinum, & monialium quarumcunque, ac sororum de tertio ordine nuncupatarum, in congregationem viventium dictorum ordinum (ut praefertur) hactenus recepta, & in posterum recipienda, nec non eorum personas, & bona, etiam si privilegiorum, & aliarum gratiarum praefatorum authentica originalia, propter temporis antiquitatem, vel varias urbium ruinas, deperdita existent, (dummodo de eis alias legitime constet) extendimus, & ampliamus.

Et sic in praemissis omnibus, & singulis per quoscunque indices, & personas quavis auctoritate fungentes, etiam Cardinales, & auditores praefatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, nec non quicquid secus super his, a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, & irritum, & inane decernimus. Quocirca dilectis filiis nostro praedicatorum Cardinali protectori, & Sancti Hieronymi generali ordinum, ac curiae causarum Camerae Apostolicae, etiam generali auditori, nunc, & pro tempore existentibus, per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, praesentes literas, & in eis contenta quacunquē, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundem fratrum, aut monialium, vel alicuius eorum, fuerint desuper requisiti, sollemniter publicantes eis, & in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes faciant, (auctoritate nostra) praesentes, & in eis contenta huiusmodi firmiter observari, ac singulos, quos literae ipsae concernunt pacifice frui, & gaudere, non permittentibus eos, vel aliquem eorum desuper contra praesentium tenorem per quoscunque (etiam locorum ordinarios) quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & penas ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris remedia, (appellatione postposita) compescendo, legitimisque super his habendis, servatis processibus, censuras, & penas ipsas, (etiam iteratis vicibus) aggravando, & interdictum ecclesiasticum apponendo, inuocato etiam ad hoc, (si opus fuerit) auxilio brachij secularis Non obstantibus praemissis, & alijs Apostolicis, nec non in provincialibus, & Synodalibus Concilijs editis, generalibus, vel specialibus, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indulgijs, & literis Apostolicis eisdem episcopis, vel quibusvis alijs personis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatorijs, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam Motu simili, ac alias quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti

ficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales, idem importantes mentis, seu quouis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum (nihil penitus omisso) & forma in illis tradita, obseruata, inserti forent: presentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice duntaxat, specialiter, & expresse derogamus. Nec non omnibus illis, quæ in literis confirmationis, & innouationis, priuilegiorum eorundem, alias per eosdem Paulum III. & Pium etiam IIII. prædecessores nostros prædictos, ordini fratrum minorum huiusmodi concessorū concessū est, non obstantibus contrarijs quibuscunq; aut si loco cū ordinarijs, vel quibusuis alijs cōmuniter, vel diuisim, ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicati nō possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quia difficile foret earundem presentium literarum notitiam, ad quascunq; personas peruenire, & vbique illas presentare, etiam motu, & scientia similibus, volumus, & decernimus, quod transumpti earundem presentium literarum, etiam per impressionem factis) manu alicuius Notarij publici subscriptis aut sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ sigillatis, quemadmodum adhiberetur presentibus literis originalibus (presentarentur vbique) adhibeatur, tam in iudicio, quam extra illud plena & indubitata fides, nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, prohibitionis, exemptionis, liberationis, suspensionis, statuti, decreti, mandati, abrogationis, auocationis, cassationis, extinctionis, impositionis, approbationis, confirmationis, adiectionis, concessionis, extensionis, Ampliationis, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignatione omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, eius se nouerit incursum. Datum Romæ Apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo, quingentesimo sexagesimo septimo, decimo septimo, kalend. Iulij Pontificatus nostri anno secundo.

Ca: Glorierius.

H. Cumin.

Registrata apud Casarem Secretarium.

Per eundem Pium V. fuit facta extensio dictorum Priuilegiorum ad alios ordines non mendicantes decimo septimo Kalen. Septemb. 1567. incip. ex superne.

Declaratio Priuilegiorum Fratrum ordinis Prædicatorum.

**P**IVS PP. V. vniuersis, & singulis Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, & alijs personis in dignitate Ecclesiastica constitutis, nec non Metropolitanis, & aliarum Cathedralium Ecclesiarum, Canonicis, ac eorum Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, officialibus, seu Vicariis, in spiritualibus, generalibus, vbilibet constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem.

AD HOC NOS DEVS prætulit in familiam domus suæ, vt singulis oppor-

opportuna prouisionis auxilia fidelis seruitutis, iniuncta prouidentia, pro tempore dispensantes Religiosorum, quorumlibet, præsertim Fratrum ordinis Prædicatorum in humilitatis spiritu, sub Religionis iugo, Deo seruentium, necessitatibus intendamus, & dispendiis, & oppressionibus, diuina cooperante clementia salubriter occurramus. Sane licet, Nos, & quamplures Romani Pontifices prædecessores nostri, propter vberes fructus, quos dictus ordo fratrum Prædicatorum, multa præfulgens gloria meritorum, & gratia sanctitatis in agro militantis Ecclesie in propagationem fidei Orthodoxæ, eatenus produxerat, ac in futurum ducturum fore, firma spe sperabatur, & ut Fratres ipsi quietius eorum sanctis officii, vitæque regulari, ac verbi Dei prædicationibus libentius, & a lacius ad ipsius fidei Christianæ propagationem incumbere valerent, & incumbere, cum effectu, quamplura priuilegia, indulta, gratias, exemptiones, & immunitates eis concefferint.

Et inter cetera, per quasdam alias nostras literas declarauerimus, Canonem, sessione 24. cap. 4. Tridentini Concilii, per quem omnibus regularibus, etiam inferiorum ordinum Ecclesiis, contradicente Episcopo, prædicatiouis officium interdicitur, fratres huiusmodi quando a suis Generalibus, vel eorum Ministris, Prouincialibus, ad id deputati fuerint, nõ comprehendere, neque eos officere; immo voluerimus quod in eorum Ecclesiis, quando eis placeret licite, etiam absque villo impedimento, vel contradictione, etiam Episcopi, nisi ipse prædicaret, licet in Cathedrali Ecclesia tunc prædicaretur, prædicare possent.

Circa autem quartam funeralium, de qua in sessione 25. cap. 13. eiusdem Concilii, Nequaquam domos, seu Conuentus, & Monasteria, quæ a quadraginta annis citra, tunc fundata existebant, postquam Concilium ipsum loquitur tantum de Monasteriis, seu domibus ante quadraginta annos fundatis, & quæ ipsa quartam soluere consueuerunt, & tantum cera, & aliorum, quæ tempore, quo de functorum corpora ad sepulturam deferuntur, non autem de Missis, seu Legatis, vel alijs fratribus ipsis, seu Monialibus relictis, aut alias quemodolibet donatis soluere debere, sicque decretum Concilii huiusmodi, quoad dictam quartam funeralium soluendam intelligendum esse decreuerimus. Vbi vero non est consuetudo quartam funeralium huiusmodi, de nullo supra scriptorum soluere debere declarauerimus. Nec ad quartam, seu aliam partem eorum, quæ etiam pro ornamento Ecclesie, palliorum, planetarum, cortinarum, pannorum, & aliorum, quæ dictis Ecclesiis, seu fratribus, etiam pro eorum victu, aut alias relinquere, vel dari contingeret, aliud contribuere tenentur, ac curatis, seu parochialium Ecclesiarum Rectoribus ius tantum sepulture eis soluere consuetum, & nec aliquid aliud, quamuis partes ad earum libitum Ecclesiis ipsorum fratrum, seu eisdemmet fratribus alia quacunque tribuissent, seu elargiti fuissent, quando in eorum Ecclesiis corpora mortuorum sepeliuntur eis soluere, seu ad aliquorum onerum contributionem eisdem curatis faciendam teneri, nec propterea impediri posse fratres ipsos, qui possent defunctorum corpora præfata, ad eorum Ecclesias tumulanda deferri facere.

Neque dictos fratres, illorumque loca, etiam si curam animarum haberent, aut quacunque beneficia eis vnita ad aliquam contributionem pro Seminario, aut decimarum aliquam solutionem patiter teneri, nec cogi posse, immo illos, & eorum domos, Monasteria, beneficia, & loca ab illis quonodolibet dependentia, eorumque bona quacunque, tam ad eos, quam ad Moniales præfatas quemodolibet pertinentia, a quibuscunque decimis, primitiis, quartis, medijs, & alijs fructuum

fructuum partibus, nec non subsidiis charitativis, etiam per nos, ex quacunque causa concessis, ac aliis quibuscumque oneribus, tam ordinariis, quam extraordinariis. Nec non ab omni iurisdictione, & superioritate ordinariorum locorum, ita vt ordinarii ipsi aliquam iurisdictionem, siue potestatem in eos exercere, siue eos eorum iurisdictioni subicere, vel aliquid contra eos facere minime possent exonerimas, & liberauerimus.

Nihilominus, sicut accepimus, nonnulli Episcopi, siue alii locorum ordinarii, aliique Ecclesiarum prelati, nec non Canonici, siue capitulares persone, ac parochialium Ecclesiarum Rectores, & alia tam Ecclesiastica, quam secularis persona, qui non cessant dictos fratres, & Moniales, eorumque personas, siue economos, & procuratores, super premissis diuersimode molestaré, & ipsos in eorundem quiete, & spiritualibus muneribus turbare.

Alii enim pretendentes quod cum Canon Concilii huiusmodi super quo, vt præfertur, nostra emanauit declaratio, loquatur nisi de vna quarta Cathedrali, seu parochiali Ecclesiæ solui confusa, nec dictum Concilium, nec nos cogitauerimus de duabus quartis, scilicet vbi consuevit solui, & Cathedrali, ac parochiali Ecclesiis, & ideo dictis in locis cessare dispositionem dictæ declarationis nostræ, & Canonis Concilii.

Alii vero etiam pretendentes (quod dictis nostris declarationibus non obstantibus) fratres prædictos quantumcumque ab eorundem Superioribus approbatos in eorum Ecclesiis, & locis, predicare non posse, nisi primo se coram ordinariis ipsis, siue eorum Vicariis, & licentiam suorum Superiorum muneris dictæ prædicationis præsentauerint, & ab eisdem ordinariis, seu dictis eorum Vicariis benedictionem obtulerint.

Alii etiam locorum ordinarii, nec non Canonici, & capitulares persone tam Metropolitanarum, & Cathedralium, quam Collegatarum, nec non parochialium Ecclesiarum Rectores, siue alie persone Ecclesiastica etiam pretendentes dictos fratres alienas parochias, cum eorum Cruce eleuata ad leuanda cadauera eorum, qui in Ecclesiis domorum, & locorum eorum de fratrum elegerint sepulturam, intrare, & dicta cadauera ad ipsorum fratrum Ecclesias pro eis inibi tumulandis, recusante ipso loci ordinario, siue capitulo, vel Rectore, deferre, seu deferri facere non posse.

Alii autem ex consuetudine pretendentes, quod fratres ipsi cum eorum Cruce non possint leuare cadauera defunctorum ex eorundem domibus, & eorum funus exequi, sed capitulis, siue capitularibus personis, seu Rectoribus ipsis id tantum licere, & primo ad ipsorum Capitulum, siue presbyterorum Ecclesias dicta corpora deferri debere, & in eisdem Ecclesiis funus, siue funeris officium peragi, postea vero per ipsos presbyteros retentis funeralibus vniuersis, siue soluis libere pecuniis per heredes defuncti profunere, & exequi, siue missis in eorundem Ecclesiis celebrandis, tunc, & non alias licere Fratribus corpus, siue cadauer defuncti ad eorum Ecclesiam deferre.

Alii etiam prætextu diuersarum consuetudinum, & concordatorum, etiam cum dictis fratribus initorum, pretendentes a dictis fratribus, & Monialibus velle habere, & sibi exigere licere quartam, seu aliam portionem, etiam quorumcumque Legatorum, & seu aliarum piarum largitionum, ipsis Fratribus, & Monialibus, siue eorundem domibus, Ecclesiis, & locis quoquomodo factarum.

Alii etiam pretendentes iurisdictionem, & superioritatem in dictos fratres, & Moniales, eorundemque domos, Conuentus, Monasteria, & loca exercere

posse, & propterea ipsos fratres, & Moniales ad solutionem diuersorum onerum, & impositionum, dictorumque subsidij, & decimarum cogunt, & compellunt.

Alijque in erectione, siue institutione, & acquisitione nonorum locorum, siue domorum, Conuentuum, & Ecclesiarum dicti ordinis, & alias pramissorum occasione eosdem fratres, & Moniales molestant, & perturbant, contra nostrarum, & dictorum predecessorum nostrorum literarum formam, & tenorem.

Nos pramissis, & alijs similibus grauaminibus, perurbationibus, & molestijs fratribus, & Monialibus prafatis illatis eorundemque fratrum, & Monialium quieti, & tranquillitati consulere, & ut fratres ipsi facilius & promptius eorundem officia, & vitam regularem, ac munus pradicacionis eis iniunctum, ad summi Dei laudem, & fidei Catholica propagationem, exequi, & adimplere, illisque incumbere possint, & ad illa promptiores reddantur, opportune, prouidere, ac omnem ambiguitatem, etiam nostrae amphoris declarationis ministerio remouere volentes, ipsosque fratres, & Moniales, & eorum singulos a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis, sententijs, censuris, & penis a iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inuodati existunt, & ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absolueres, & absolutos fore censentes, Nec non literarum prafatarum, ac cuiusuis litis, & causae, desuper inter quoscumque, & in quauis instantia pendens, status, & merita, nominaque, & cognomina iudicium, & colligantium, eorumque iura, & titulos, ac sententiarum desuper forsan latorum, Nec non transactionum, siue conventionum inter eos initarum, ac instrumentorum, aliarumque scripturarum desuper quomodolibet confectorum, & inde secutorum quorumcumque tenores, presentibus pro expressis habentes, Motu proprio, non ad alicuius pro eis nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de mera deliberatione, & ex certa scientia nostris, omnes lites, causas, controvertias, & questionum materias, super pramissis, & eorum occasione, inter fratres, & seu etiam Moniales prafatos ex vna, Nec non Episcopos, & locorum ordinarios, ac Canonicos, siue capitulares personas, parochialium Ecclesiarum, Rectores, & alias quascumque personas Ecclesiasticas, saeculares prafatas, partibus ex altera, coram quocumque Iudice, seu quibusuis Iudicibus Ecclesiasticis, & saecularibus, etiam Sedis Apostolicae de Latere legatis, ac Vicelegatis, ac etiam ab eadem Sede delegatis, & subdelegatis, ac alijs quibusuis, etiam S. R. E. Cardinalibus, & Sacri Palatii Apostolici causarum Auditoribus, quomodolibet in prima, seu alia quacumque etiam forsan vltiori instantia introductas, & adhuc forsan pendentes, etiam forsan si super illis, etiam contra dictos fratres, & Moniales, per vniam, vel plures sententias iudicatum, & inter ipsas partes concordatum, siue transactum desuper fuerit, Apostolica auctoritate, tenore presentium ad nos auocamus, eaque omnia, & singula cassamus, & extinguimus, ac pro cassis, & penitus extinctis habere volumus, & declaramus, eisdemque Episcopis, locorum ordinarijs, Vicarijs, Canonicis, Capitularibus personis, nec non parochialium Ecclesiarum Rectoribus, & ceteris personis Ecclesiasticis, & saecularibus, desuper perpetuum silentium imponimus.

*Ideo hic Pont. ad se aduocat omnes controvertias ipsis Fratribus desuper illatas.*

*Confirmatque omnia privilegia.*

Nec non omnia, & singula privilegia, iaculta, concessionis, suppressiones, extinctiones, uniones, incorporaciones, applicationes, immunitates, exemptiones, libertates, prerogatiuas fauores, communicationes, indulgentias, & alias quascumque gratias dicto ordini fratrum Pradicatorum, & eiusdem pro tempore

is existentibus Magistro Generali, Prouincialibus, Superioribus, fratribus, & Monialibus prefatis, eorundemque domibus, Conuentibus, Monasterijs, Ecclesijs, & locis, ac membris, colonis, seruitoribus, Procuratoribus, economis, ac alijs personis quibuscunque dicti ordinis regulam profitentibus, etiam oblati, & tertii habitus Monialibus nuncupatis, per quoscunque Romanos Pontifices, predecessores nostros, ac nos, & Sedem prefatam, ac dicta Sedis Legatos, Vicelegatos, Episcopos, locorum ordinarios, & quascunque alias personas, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatorijs, non derogatorijs, alijsque, quibusuis clausulis, statutis, & etiam irritantibus, decretis hactenus quomodolibet concessa, approbata, & inuoluata, literasque desuper, tam sub plübo, quam in forma Breuis, & alias quomodolibet confectas, & expeditas, ac prout ea omnia, & singula per eosdem predecessores, ac nos, & Sedem prefatam, aliosque predictos concessa, approbata, & inuoluata fuerunt. Quorum omnium, & singulorum tenores, formas, & datas, ac si de verbo ad verbum infererentur, presentibus haberi volumus pro expressis, eisdem auctoritate, & tenore approbamus, confirmamus, & inuoluamus, illaque omnia, & singula efficacia existere, & perpetuam roboris firmitatem obtinere, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri: Nec non ab omnibus, & singulis, quauis etiam de Latere legati, Vicelegati, Nec non Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, & quauis alia Ecclesiastica, siue seculari, & temporali præsuleant dignitate, & præminentia, etiam sub sententijs, censuris, & pœnis in eisdem contentis, perpetuo inuiolabiliter obseruari debere decernimus.

Et in super quod fratres dicti ordinis (ab eorum Superioribus tamen approbati) in eorum Ecclesijs, quando eis placuerit, etiam quod in Cathedrali Ecclesia (non tamen ab Episcopo metropolitano) predicent, libere, & licite absque aliquo impedimento, siue etiã ipsius Episcopi contradictione, & absque eo, quod coram dicto Episcopo, se non presentauerint, nec eisdem licentiam in munere predicationis huiusmodi exhibuerint, & ab eodem Episcopo benedictionem, ut præferatur, non obtinuerint predicare, & munus predicationis huiusmodi exequi.

Nec non fratres ipsi quacunque corpora defunctorum, qui se in eorum Ecclesijs sepeliri ordinauerint, vel si a defunctorum heredibus, siue curam funeris habentibus, vocati fuerint, ipsorum fratrum Cruce eleuata, etiam sine dictorum Canonorum, ac Capitularum personarum, nec non curatorum, vel aliorum presbyterorum interuentu ex ipsorum defunctorum domibus leuare, eaque accipere, & associare, ac ad ipsorum fratrum Ecclesias directo deferri, & in eorum Ecclesijs (non tamen tempore Interdicti) sepeliri facere, saluo duntaxat iure parochiali, Nec fratres ipsi ad alterius cuiusuis contraria consuetudinis, usus, siue moris, obseruationem teneri, vel super præmissis a quoquam quauis auctoritate, molestari, seu perturbari possint, vel debeant.

Quarta funeralium, quo ad domos, siue Conuentus, & Monasteria ipsius ordinis, tempore dicti Concilij Tridentini, ante quadraginta annos fundata, & erecta ratione illorum ubi consuetudo illaue soluendi tantum extitit, ac de ceris, & alijs, quae deferuntur iuxta cadauer, dum ad sepulturam deferuntur, non autem de alijs quibusuis eisdem fratribus, seu Monialibus, aut eorum domibus, Conuentibus, Monasterijs, Ecclesijs, & locis, etiam pro funeris, siue anniuersarii, aut Missarum celebratione donatis legatis, siue alias quomodolibet largitis, & ubi due quartæ forsitan solui consueuerint, vna scilicet parochiali Ecclesie, alia vero Episcopo, siue Cathedrali, aut Collegiate Ecclesie, siue Canonice, & Capitulo

gia eis  
de Fra  
tribus  
conces  
sa.

Decla  
rat et  
eorun  
dem  
privi  
legia  
circa  
predi  
catione  
nes.  
Mor  
tuosq;  
sepe  
liendos.

Et quar  
ta fu  
nera  
lium.

eiusdem, vna tantum, scilicet Episcopo, vbi vero consuetudo illam soluendi non fuit, siue domus, Conuentus, & Monasteria dictorum fratrum, & Monialium, post quadraginta annos erecta, siue fundata fuerint, nequaquam nec vilo modo se luere, seu tradere, omnem aliam præmissis contrariam consuetudinem, siue moniam, hanc serio cessantes, & extinguentes, ac omnibus, & singulis quorum interest desuper perpetuum silentium imponentes.

*Et circa exemptionem a decimis, & constitutionibus.]*  
 Minusque fratres, & Moniales ipsi, ad aliquorum onerum Realium, vel personalium, etiam ratione eorundem domorum, seu Conuentuum, Monasteriorum, Ecclesiarum, & locorum, ac quorumcumque beneficiorum, eisdem, vntorum, etiam si, vt præfertur curam animarum habeant contributionem, siue solutionem etiam pro Seminario, & decimarum, quarumcumque, aut cuiuscunque subsidii, etiam charitatiui, & Triennalis nuncupati, nunc, & pro tempore per nos, & quoscunque Romanos Pontifices, aut Sedem præfatam impositorum, & imponendorum ex quavis causa, quantumcumque vrgentissima teneantur, vel desuper aliter molestari possint, seu debeant.

*Et adificationem nouorum locorum.]*  
 Quodque fratres, & Moniales præfati, vbi que locorum nouas domos, siue Conuentus, & Monasteria, ac Ecclesias, dictorum ordinis, cum claustris, cellulis, refectoriis, dormitoriis, aliisque officijs necessarijs, ordinarij loci, siue cuiusvis alterius licentia, desuper minime requisita, contruere, ædificare, erigere, & instituire, nec pariter super his molestare possint, siue debeant, eisdem auctoritate, & tenore, etiam perpetuo, statuimus, ordinamus, & declaramus, eisque fratribus, & Monialibus, super præmissis omnibus, & singulis licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

*Exemptionemque a iurisdictione ordinariorum.]*  
 Ac etiam ipsos fratres, & Moniales, eorumque domos, Monasteria, beneficia, & ab illis quomodolibet dependentia loca, ac bona quacunque cuiuscunque qualitatis, & quantitatis existant, dictorumque bonorum colonos, laboratores, & conductores, ac oblatos, & tertij habitus Moniales, aliasque personas præfatas, a quibusuis decimis, etiam prædialibus, & primitiis, quartis, medijs, & alijs partibus sanctuū, ac subditis, etiam charitatiuis præfatis, ac ab omni iurisdictione, & Superioritate quorumcumque locorum ordinariorum, etiam de nouo, quatenus opus sit auctoritate, & tenore similibus eximimus, & liberamus, ac exemptos, liberos, & immunes penitus esse volumus, Nec nõ, quatenus opus sit, illos eorumque singulos, in ius, & proprietatem Beati Petri, & Sedis Apostolicae, ac sub eorū speciali, & immediata protectione suscipimus, ac eos solum, & duntaxat immediate Sedi præfatae, & nobis, ac pro tempore existenti Romano Pontifici, subiacere decernimus, & declaramus.

Et vt fratres & Moniales a præmissis molestijs, & perturbationibus subleuentur, quietius Altissimo famulari, & vberiores fructus quietie in agro Domini, pro Christiana Religionis defensione, & ampliatione perferre possint, tam vos omnes, & singulos supradictos, quam quascunque alias personas in dignitate Ecclesiastica vbiuilet, & in quibusvis Mundi partibus constitutas, & quoscunque locorum ordinarios, ac eorum Vicarios, & officiales, Nec non Capitulos Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Ecclesiarum, per eosdem fratres, & seu Moniales, ac dicti ordinis Fratres Prædicatorum, Superiores, & duntaxat Priores, ac eorundem singulos pro tempore eligendos, in eorū, & electorum eorumque privilegiorum, indulgentiarum, concessionum, & gratiarum, & singulorum aliorum præmissorum Conservatores, & Iudices vntores, qui, quamdiu dictū officium exercuerint, & ipsi exercuerint, a nemine, quò minus illud exerceatis, & exerceant, sub aliquo.

aliquo prætextu, ac sub excommunicationis, siue suspensionis a diuinis latæ sententiæ, quam eo ipso incurrere volumus, & declaramus respectiue pœna impedi-  
ri, vel molestari possitis, & possint, dicta auctoritate deputamus. Ita quod vos,  
seu alij quicunq; sic electi, sub excommunicationis, & sub suspensionis latæ senten-  
tiæ pœna huiusmodi, quam statim, quod munus, siue officium Conservatoris hu-  
iusmodi acceptare, & debite ac plenarie exequi neglexeritis, & neglexerint, absq;  
alterius declarationis ministerio incurrere volumus, Nec ab aliquo quam a no-  
bis, & pro tẽpore existente Romano Pontifice (præterquã in mortis articulo) ab-  
soluti posse, eosdem Priores, Superiores, & fratres, ac Moniales, etiam tertij habi-  
tus oblatos, & alios præfatos, ac eorum singulos, aduersus inferentes eis, aut eorũ  
Procuratoribus, Agentibus, Seruatoribus, & familiaribus in præmissis, & eorũ-  
dẽ aliquo, molestias, siue perturbationes aliquas, seu iniurias, grauatim, vel da-  
mina, in Personis, rebus, & bonis, seu exigẽdo ab eis vectigalia, daria, pedagia, ga-  
bellas, collectas, aut alia onera defendere, perseverare, ac omnem eorum iurisdic-  
tionẽ exercere, Nec non sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, cõtra rebel-  
les, & inobedientes cũ effectu promulgare, ac omnibus facultatibus Cõseruatori-  
bus dicti ordinis fratrum Prædicatorum, illiusque fratribus, & personis per qua-  
scunq; literas Apostolicas quomodolibet concessis vijs, ac priuilegia Superiori-  
bus, Prioribus, & fratribus, ac Monialibus præfatis pro tempore concessa, eis ob-  
seruari facere debeatis, & debeant.

Neque Superiores, Priores, Moniales, oblatis, & cetera persona ordinis huius-  
modi, & ab eis dependen. præfata coram alijs quam vobis, & dictis Conservato-  
ribus, et vigore, seu prætextu quacunq; Cõstitutionũ & ordinationũ, aliquo-  
rum Regnorum, etiã quod non habentes Superiorem in illis Regnis, corã secula-  
ribus Iudicibus respondere debeant, ac teneantur in iudicium vocari, vel alias mo-  
lestari, quauis occasione, vel causa, possint, vel debeant. Quodque ipsi fratres, &  
Moniales oblatis, & alia persona præfata, siue actores, siue rei existãt, corã aliquo  
alio Iudice ordinario, vel delegato, quã prædicto suo Conservatore (corã quo pri-  
mo vnam sniam diffinitiuam, antequam ipsi ad aliud iudicium euocentur, seu  
cause cõmittatur, vel transferatur, obtinere debeant, & teneantur) vi præsertur,  
et quauis occasione, vel causa molestari, vel in iudicium trahi, siue ad iudiciũ euo-  
cari, vel agere minime possint, siue debeant eisdem auctoritate, & tenore, etiam  
statuimus, ordinamus, & decernimus.

Et insuper aduersus molestatores, inquietatores, & alios iniuriatores huius-  
modi, volẽtes eiusdẽ ordinis, Magistro Generali, Prioribus, Superioribus, fratri-  
bus, Monialibus, oblati, seruatoribus, & economis, Procuratoribus, & alijs eorum  
personis præfatis illo remedio prouidere, per q̃ ipsorũ cõpescatur temeritas, & alijs  
aditus, & voluntas committendi similia præcludatur. Discretionem velleq; per præ-  
fatas mandamus, Quatenus vos, vel duo, aut vnus veltum, per vos, vel alium,  
seu alios, etiam si sint extra loca, in quibus estis deputati Conservatores, & Iudi-  
ces ordini fratrum Prædicatorum, ac illius pro tempore existentibus Magistro  
Generali, Prioribus, Superioribus, fratribus, Monialibus, oblati, præsentibus, &  
futuris, quibusuis alijs personis præfatis, efficacis defensionis præsidio assiste-  
ntes, non permittatis eos super iis, ac eorum priuilegijs, immunitatibus, gratiis,  
concessionibus, facultatibus, exemptionibus, indultis, ac alijs quibusuis eisdem  
concessis per quoscunq; Patriarchas, Archiepiscopos, aliosque Ecclesiarum P. æ-  
latos, nec non eorum Vicarios, officiales, Capitula, Collegia, & Clericos, ac Ec-  
clesiasticas personas, tam seculares, quam Sancti Benedicti, Sancti Augustini

*Decla-  
etiam  
eosdẽ  
Fratr.  
& a-  
lias p-  
sonas  
eiusdẽ  
ord. ali-  
bi quã  
corã eo-  
rũ Con-  
serua-  
uatori-  
bus cõ-  
uenire  
nec cõ-  
ueniri  
posse.  
Conser-  
uatorũ  
iurisdic-  
tio, et  
facul.*



Cisterciensium, Carthusien, Cluniacensium, Præmonstraten, & aliorum quorumcunque ordinum, & Congregationum, ac Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, & S. Iacobi de Spata, ac Iesu Christi, & quarumque aliarum Militiarum Religiosos, & Milites, exemptos, & non exemptos, nec non Duces, Marchiones, Comites, Barones, Milites, & laicos, Cõmunitates, Ciuitatum, Vniuersitates, Oppidorum, Castrorum, Villarum, & aliorum locorum, ac alias singulares personas, Ciuium, & dicecesum, ac quarumcunque aliarum partium, super præmissis, & eorum aliquo, quouis prætextu, & qualito colore, & contra præmissorum singulorum tenorem, & formam indebite molestari, aut eis, vel eorum alicui, molestias, grauamina, damna, seu iniurias, & iacturas, irrogari, facturi dictis Prioribus, Superioribus, Fratribus, Monialibus, oblatibus, aliisque personis prædictis, cū ab eis, aut eorum aliquo fueritis requisiti, super dictorum prærogatiu, indultorum, exceptionum, libertatum, facultatum, & aliarum, gratiarum præfatarum obseruatione. Nec nõ super quibusuis molestiis, damnis, iniuriis, atque iacturis sibi pro tẽpore illatis, seu inferri comminatis, in illis videlicet, quæ iudicalem requirunt indaginẽ summarie, simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicii, sola facti veritate inspecta, in aliis vero, prout qualitas eorum exegerit iustitiæ cõplementum, Molestatores, & iniuriatores huiusmodi, Nec non cõtradictores, quoslibet, & rebelles, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis extiterint, quando cunque, & quocunque expedierit, auctoritate nostra, per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo, inuocato etiã ad hoc, si opus fuerit, auxilio Brachii secularis: & nihilominus legitimis super his, per vos habendis seruatis processibus, illos, quos censuras, & pœnas præfatas, ac alias per vos pro tempore latas incurrisse vobis constiterit, eas incurrisse declaretis, ac censuris, & pœnis prædictis, quoties opus fuerit, et iteratis vicibus aggrauare curetis. Ceterum si per summariam in formationem, per vos super iis habendam, etiam vobis constiterit, quod ad loca, in quibus molestatores, & iniuriatores huiusmodi, Nec non ceteros, quos præfentes literæ concernunt, pro tẽpore morari cõtigerit, pro monitionibus, requisitionibus, & inhibitionibus, ipsis, ac citationibus, de eis faciendis, tutus nõ pateat accessus. Nos vobis, monitiones, requisitiones, & citationes, ac inhibitiones quaslibet, ita contra in iudicio præfentes, quam alios quoscunque sua quomodolibet interesse putantes, & quacunque auctoritate, siue dignitate præfulgẽtes, in decreto, siue executione dictæ citationis siue inhibitionis nominandos, etiã sub eisdẽ censuris, ac aliis arbitrio vestro imponendis, & applicandis pœnis etiam pecuniarijs, etiã per edicta publica locis affigenda publicis, & partibus illis vicinis, de quibus sit verisimilis cõiectura, quo ad ipsorum monitorum, requisitorum, & citatorum notitiã peruenire valeat, faciendi, & decernendi, eosque citandi, ac eisdem molestatoribus, iniuriatoribus, cõtradictoribus, & rebellibus, ac aliis quibus opus fuerit, etiã sub censuris Ecclesiasticis, ac aliis pœnis, etiam pecuniarijs, suo arbitrio moderandis, inhibendi, easque incurrisse modo præmissis declarandi, aggrauandi, & auxilium brachii secularis inuocandi: Nec non causas, & contouersias quascunque, dictorum fratrum Monialium, & dicti ordinis Superiorum oblatorum, ac aliarum personarum præfatarum, super quibusuis rebus, & negotiis, motas, & mouendas, actiue, & passiuè, cū omnibus, & singulis earum incidentibus, dependentibus, & emergentibus, annexis, & cõnexis, modo præmissis, & ita coniunctim, quam diuisim, arbitrio vestro, audiendi, cognoscendi, decidendi, & in suis statu, & terminis reassumendi, & sine debito finiendi, & terminandi, & eorundẽ. Nec nõ sententias per vos ferendas postquam trãsiuerint in rẽ iudicatã, vel alias de iure executioni locus fuerit, debito

exequen-

exequendi, & executioni demandandi, plenam, & liberam, earundem tenore præsentium concedimus facultatem, & potestatem. Ac volumus, & eadem Apostolica auctoritate decernimus. Quod monitiones, requisitiones, citationes, & inhibitiones, sic factæ huiusmodi, ipsos monitos, requisitos, citatos, & inhibitos ardeant, perinde, ac si eis factæ, inlinuata, & intimata personaliter extitissent.

Sicque in præmissis omnibus, & singulis, per quoscunque Iudices, & Cómmissarios, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores ac S. R. E. Cardinales; sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere. Ac irritum, & inane, quicquid secus super his, a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

*Clausula derogatoria.*

Non obstantibus tam fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri, qua cæteris, ne quis extra suam Ciuitatem, vel diocæsim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra vnam diem, a fine suæ diocæsis ad iudicium euocetur, seu ne Iudices a Sede prædicta deputati extra Ciuitatē, & diocæsim in quibus deputati fuerint, cõtra quoscunque procedere, aut alii, vel aliis vices suas cõmittere præsumant, & de duabus diebus in concilio generali edita, dõmodo ultra tres dietas aliquis vigore Præsentium ad iudiciũ non trahatur. Seu quod de aliis quã manifestis iniuriis, & violentiis, ac aliis, quæ iudicialē nõ requirunt indaginē, penis in eos, qui secus egerint, & in id procurantes adiectis, Conseruatores, se nullatenus intromittant, quam aliis quibuscunque constitutionibus a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, tam de iudiciis delegatis, quã personis ultra certũ numerũ ad iudiciũ non vocandis, aut alias editis, quæ vestrę in hac parte possent iurisdictioni, aut potestati, eiusque libero exercitio quomodolibet obuiare. Quod que vos filii Canonici officiales, & Vicarii nõ sitis de personis quæ deputari possunt in Conseruatores. Priuilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis, ac exemptionibus, facultatibus, & aliis conseruatoriis, per nos, ante eosdem prædecessores nostros Ro. Pont. quibusuis Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, & aliis piis locis. Nec non ordinibus, Congregationibus Militiis, Communitatibus, & aliis Collegiis, ac vniuersitatibus etiã studiorũ generalium, Ciuitatibus, Castris, Terris, & locis, ac personis tã Ecclesiasticis, quã sæcularibus, cuiuscunque dignitatis, etiã Patriarchali, Episcopali, Archiepiscopali, & alia maiori dignitate, seu auctoritate fungentibus, ac Capitulis, Conuentibus, Ducibus, & aliis Dominis temporariis, etiã per modum statuti perpetui, etiam Motu, & sciẽtia similibus, ac quibusuis aliis personis, cuiuscunque qualitas, conditionis, gradus, præminentia, seu dignitatis, ac Vniuersitatibus, etiam studiorum generalium, seu Collegiis, etiam exemptis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & in solitis clausulis, etiam de non trahendis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam Mare magnum, seu Bulla aurea nuncupatis, aut alias quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo, ad verbum, non autẽ per clausulas generales idẽ importantes, mentio, seu quavis alia expressa habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omitta, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse pari motu derogamus, contrariis quibuscunque. Aut si aliquibus communiter,

*Decretum irritans.*



vel diuifim ab Apostolica fit Sede indultum, quod interdicti, fufpendi, vel excom-  
municari, feu extra, vel vltra certa loca ad iudicium euocari, non poffint per lite-  
ras Apostolicas, non facientes plenam, & expreffam, ac de verbo ad verbum de  
indulto huiusmodi, & eorum perfonis, locis, ordinibus, & nominibus propriis  
mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali, cuius-  
cunque tenoris exiftant, per quam præfentibus non expreffam, vel totaliter non  
infertam effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri,  
& de qua cuiusque totò tenore habenda fit in noftris literis mentio fpecialis.

Ceterum etiam volumus, & dicta Apostolica auctoritate decernimus, quod  
quilibet veftrum profequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum, qua-  
uis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonico impeditus.

*Decla-  
ratio fa-  
cultatum,  
& iurifdi-  
ctionis  
dictorū  
Confer-  
uatorū.*

Quodque a data præfentium fit vobis, & vnicuique veftrum in præmiſſis, &  
& eorum fingulis cæptis, & non cæptis præfentibus, & futuris perpetuata po-  
teftas, & iurifdictio attributa, vt eo vigore, eaque firmitate poffit in præmiſſis om-  
nibus cæptis, & non cæptis, præfentibus, & futuris, & pro prædictis procedere,  
ac fi prædicta omnia, & fingula coram vobis cæpta fuiffent, & iurifdictio veftra,  
& cuiuslibet veftrum in prædictis omnibus, & fingulis per citationem, vel modū  
alium legitimum perpetuata extitiffet, cōfuitutione prædicta fuper Cōferuatori-  
bus, & alia qualibet in contrarium edita non obftante.

Et quia difficile foret præfentes literas ad fingula, in quibus de eis fides forfan  
facienda fuerit loca deferre, etiam volumus, & eadem auctoritate Apostolica de-  
cernimus.

Quod præfentium tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, &  
ſigillo alicuius Prælati, vel perfonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, aut Cur-  
riæ Eccleſiaſticæ munitis, in iudicio, & alibi, vbi opus fuerit, eadem prius fides  
adhibeatur, quæ ipliſ originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.  
Præfentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Datum Romæ, apud San-  
ctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die xxij. Septembris. 1571. Pontificatus no-  
ſtri Anno ſexto.

*Bulla S. D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. ſuper declara-  
tione assignationum portionum Vicariis in vniōe Beneficiorum  
facien.*

Pius Epifcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam  
rei memoriam.

**A**D Exequendum Paſtoralis officii debitum, vigilantibus ſtudiis intenden-  
tes, ad ea, per qua Cathedralium & Collegiatarum, aliarumue Eccleſia-  
rum, nec non Monafteriorum, beneficiorum, ſeu Collegiorum, ac aliorum pio-  
rum locorum proſpero profeſſui, diuini que cultus augmento, & opportuna con-  
gruæque ſuſtentationi parochialium eccleſiarum eifdem vnitatum ſtatu felici-  
titer dirigendo, & perſonarum in illis curam animarum exercentium vtilitati re-  
cta ratione & prouida moderatione conſuli, & ſalubriter prouideri valeat, liben-  
ter

ter interponimus nostræ sollicitudinis partes. Hinc est quod nos, ad quorum aures (quod non sine animi nostri molestia referimus) peruenit, nonnullos ex venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis in deputandis Vicariis, ac in assignatione portionum Vicariis perpetuis parochialium dictis ecclesiis, Monasteriis, beneficiis, Collegiis, vel locis piis perpetuo vnitarum ex Concilio Tridentino facienda, ita modum excessisse, vt parum, aut nihil ex fructibus, redditibus, parochialium ecclesiarum sic vnitarum ecclesiis, Monasteriis beneficiis, Collegiis, aliisque locis piis remanserit, ad idque multæ ortæ sint super hoc cõtrouersia circa interpretationes decreti dicti Concilii. Nos ad eas tollendas animum intendentes, considerantesque, vniones ipsas, ideo a prædecessoribus nostris factas esse, vt ex redditibus, & emolumentis beneficiorum vnitorum Ecclesiis, Monasteriis, Collegiis, beneficiis, & locis piis, quibus illa vniuntur, facilius onera eisdem incumbentia supportentur, & promptius a Ministris ecclesiasticis in eisdem diuina officia celebrentur; Hospitalitas seruetur, aliaque charitatis opera exerceantur, ac etiam vt nihilominus cura animarum dictarum parochialium laudabiliter exerceretur: Motu proprio, & ex certa nostra scientia auctoritate Apostolica hac nostra perpetuo valitura Cõstitutione statuimus, & ordinamus, ac declaramus, quemadmodum etiam de ipsius Concilii mente fuisse colligimus, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos præfatos in assignatione portionis ipsius Vicariis perpetuis ex prædicto Concilio ipsorum Prælatorum arbitrio facienda ita se continere & arbitrari debere, vt non maior Centum, nec minor Quinquaginta scutorum annuorum summa computatis omnibus etiam incertis emolumentis, & aliis obventionibus communiter percipi solitis eis omnino assignetur: nisi Vicariis temporariis solitum fuisset plus assignari, siue in quantitate, aut quota fructuum, pecuniaque numerata, fundo, seu alia re stabili portio huiusmodi constituitur, cuiuscunq; valor parochialis ecclesia vnita fuerit, & habita etiam ratione reddituum, & onerum loci, cui parochialis ipsa vnita fuerit, ita quod portiones vltra, vel in fra dictas summas scutorum Centum, & scutorum Quinquaginta hætenus assignata, vel in posterum forsitan assignandæ quoad excessum, & defectum huiusmodi nullius roboris, & momenti existant, & ad summas prædictas reductæ, & auctæ respectiue censeantur, nisi tamẽ valor annuus ipsius parochialis vnite habita ratione (vt præfertur) minor sit Quinquaginta scutis, quo casu portio assignata, vel assignanda Vicario perpetuo non debeat excedere summam annuam valoris dictæ parochialis, sed sufficiat quod omnes fructus eis diutaxat attribuantur ipsi Vicario perpetuo. Et quoniam iniquum esse, eos qui commodis priuantur, eadem onera quæ prius sustinebant debere sufferre. Volumus, & statuimus quod Ecclesia, Monasteria, Collegia, beneficia, & pia loca huiusmodi, in quorum parochialibus ecclesiis vnitis continget Vicarias prædictas erigi, pro quantitatibus fructuum ipsis Vicariis perpetuis assignatorum, ad solutionem Quindenniorum, quam nobis, & Camere Apostolicæ soluant, vltèrius non teneantur; sed eis detractio fiat ad ratam certorum quæ de fructibus dictarum parochialium percipiuntur. Ita tamen, quod Vicarii perpetui, qui pro tempore deputabuntur, teneantur accipere a Sede Apostolica nouam prouisionem suę deputationis, & soluere Annatam pro portione fructuum, reddituum, & prouentuum certorum sibi assignata, & expedire literas apostolicas, nec alias ad possessionem dictarum Vicariarum, perpetuarum, & seruitium earundem parochialium admitti possint, nisi soluta Annata, & expeditis literis Apostolicis nouæ prouisionis, vt præfertur. Alioquin integrum Quindennium solui.

folui debere; nec Vicarii prædicti antea tuta conscientia fructus percipere possint. Volumus insuper & ita mandamus quod dicti Vicarii perpetui non ad liberam ordinariorum electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum ecclesiis vnitis ponentur, cum ipsorum ordinariorum, seu eorum Vicariorum præuio examine approbatione deputentur. Et si dictæ parochiales vnitæ erunt Monasteriis Regularium Mendicantium, possint a superioribus dictorum Monasteriorum nominari ex ipsis Mendicantibus, quos si ordinarii præuio examine per se, aut eorum Vicarios faciendo idoneos ad curam animarum exercendam inuenerint, & ita pro idoneis approbauerint, teneantur in Vicarios, ad nutum tamen superiorum suorum amouibiles deputare. Idemque etiam seruetur in Regularibus Monachis tantum, dummodo in ea parochiali, in qua vnus ex eis Monachis fuerit, seruata forma prædicta, Vicarius deputatus, habitent cum eo saltem quatuor alii ex dictis Monachis. Sicque per quoscumque iudices quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi potestate, indicari, dici, & interpretari debere; Nec non irritum, & inane decernimus; quicquid secus a quoquam quauis auctoritate attentatum forsitan est hætenus vel in posterum contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinacionibus Apostolicis, ceterisque cõtrariis quibuscumque. Volumus autem quod præsentis literæ in Cancellaria nostra Apostolica, & ad valuas Principis Apostolorum de Vrbe de more publicentur, & inter, Constitutiones perpetuo valituras describantur. Et quia difficile foreteas ad singula quæque loca deferri, quod earum Transumptis etiam impressis manu alicuius Notarii subscriptis, & sigillo alicuius Prælati munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ ordinationis, declarationis, statuti, mandati, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millelesimo quingentesimo sexagesimo septimo kl. Nouembris. Pontificatus  
Nostrî Anno Secundo.

Ca. Glorierius.

H. Cumyn.

**A**Nno a Natiuitate Domini nostri Iesu Christi Millelesimo Quingentesimo sexagesimo septimo, indictione decima die vero decima quinta Mensis Nouembris Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & D.N. D. Pij diuina providentia Papa Quinti Anno eius secundo; Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicata fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ ibidem dimissis copiis affixis per nos Io. Andream Rogeriû, & Antonium Clerici Cursores Apostolicos.

Ioannes Guerardi Magister Curs.

Registrata apud Casarem Secretarium.

Tan-

Tandem per Greg. xiii. fuit facta reductio dictarum Constitutionum pro Mendicantibus, & alijs Regularibus contra locorum ordinarios ad terminos iuris, & Conc. Trid. Romæ public. die 23. Martii 1573. fol. 1208. incip.

In tanta rerum, & negotiorum mole, quæ Rom. Pont. ex omnibus mundi partibus assidue premitur, vix vitari potest, ne aliqua interdum exiliant, quibus postea recognitis necesse est moderationis remedium adhibere. Cum itaque alias felic. Pius Papa V. prædecessor noster, auditis grauaminibus, quæ fratribus ordinum Mendicantium ab ordinarijs locorum, & Parochialium ecclesiarum Rectoribus multis inferri dicebatur, super sacris concionibus, & lectionibus habendis, confessionibus audiendis, penitentijs iniungeudis, fratribus ad ordines promouendis, celebratione Missarum, Cura animarum, sacramentorum administratione, sepulchris, quarta funeralium, legatis, donationibus, eleemosynis, collectionibus, alijsque huiusmodi iuribus, nec non decimis, & diuersis oneribus, ac etiam super statu, & regimine Sanctimonialium ipsis fratribus subiectarum, formatione processuum, censurarum publicatione, processionibus, præcedentijs, locorum acquisitione, ceterisque alijs rebus tunc expressis, multa per quasdam suas literas pro dictis fratribus non modo statuerit, sed & quæ tam in Conc. Trid. decreta fuerant ad hæc pertinentia declarauerit, multaque præterea priuilegia eisdem decimo septimo kal. Iunii, Pontificatus sui anno secundo, & deinde ea omnia diuersis alijs ordinibus, & congregationibus Regularium non Mendicantium, etiam per modum communicationis concesserit. Postea per quandam suam constitutionem de vicarijs perpetuis in parochialibus ecclesijs vnitis per ordinarios locorum instituendis, & portione illarum vicarijs assignanda editam, alia su per constitutione fratrum eorundem ad exercitium curæ animarum in eius parochialibus ecclesijs, quæ domibus, & locis suis vnita sunt decreuerit: Demum anima duerso quod eo omnia multis dubitationibus, inuoluta, magnisque difficultatibus obstructa multas magnasque dissensionibus, altercationibus, & lites inter prædictos locorum ordinarios, & fratrum ipsorum ordines, non siue graui diuincultus, & animarum detrimento ac populorum scandalo concitauerant, contra ac ipse sperabat, & præter suam expectationem, vt qui interdum conquereretur multa aliter, alioque sensu a se prolata fuisse, quam literis expressa essent. Cupiens his mederi incommodis primum illa omnia quæ regularibus aliorum ordinum, quam Mendicantium communicauerat, & secundum præmissa concesserat Motu proprio restrinxerit: Deinde plenius prouidere volens prioribus literis a se quoad ipsos Mendicantes magna in parte moderatis, & omnes, & quascunque alias literas; quæ de alijs ordinibus, & congregationibus extra Mendicantium ordines de obseruantia nuncupatos emanauerant, omnino aboleuerit, causas omnem iam de his etiam in Romæ curia pendentes ad se aduocando, lites extinguendo, ac formatos super illis processus, lataque sententias annullando, quemadmodum alijs suis literis in registro proxime compertis, nunquam tamen publicatis, plenius continetur. Postremo circa confessarios Regularium etiam Mendicantium approbationem iuxta Concilij prædicti decretum faciendam, etiam lectores in Theologia graduatos, & certos alios tunc expressos comprehendi debere declarauerit. Nos hac tanta varietate cognita, quæ etiam ex multiplici literarum, & constitutionum editione procedi, præsentibus, & futuris discrimini- bus occurrere volentes, De nobis attributa potestatis plenitudine statuimus, & ordinamus prædictis, & alijs omnibus literis, & Constitutionibus, quæ ab eodẽ prædecessore eisdem de rebus pro quorumcunque Regularium, etiam Mendi-  
cantium.

cantium ordinibus, & congregationibus quomodolibet emanarunt, ac omnibus & quibuscunque in eis contentis, eam deinceps dispositionem atque decisionem pro subiecta materia futuram esse, quæ siue ex iure veteri siue ex sacris d. Concilii decretis, siue alias legitimæ ante dictorum literarum, & constitutionum editionem erat, & si ipsa non emanasset futura fuisset, ad quam dispositionem, & decisionem, suumque pristinum, & integrum statum, ac terminum illa omnia reducimus. Quin etiam tollimus, & abrogamus omnia irritantia, & alia decreta, nec non prohibitiones, declarationes, mandata, & quæcunque alia ipsis literis, & constitutionibus apposita, & alias eorum occasione, vel causa factis, his nostris statuto, ordinationi, & reductioni aduersantia, quibuscunque illa sine concepta formulis, ac præseruationib. declarationib. modificationib. restitutionib. mentis attestationib. derogatoriis aliisque efficacissimis, & inuiolabilibus clausulis, etiam motu, & potestatis plenitudine similibus, & ex certa scientia etiam pro conseruatione status regularis, & ex quibuscunque aliis vrgentissimis causis quotiescunque, roborata. Decernentes illa omnia pro nullis, & infectis haberi, omnesque supradictos illarum vsu, commodo, & effectu carere, ac omnes lites, controuersias, quæ coram quibusuis iudicibus siue ordinariis, siue commissarijs, etiam causarum Palatii Apostolici Auditoribus, & S. R. E. Cardinalibus, etiam de latere legatis, prædictarum literarum, & constitutionum occasione super præmissis iam motæ sunt, nec dum decise, aut finite, vel etiam quæ iam decise sunt, si modo tractum habeant successuum, easque rursus, & inter quoscunque excitari in posterum contingat, secundum prædictam dispositionem, nec aliter decidendas: futura vero dubia, & difficultates quandoque, & vbiunque oritur, ad nos, & Sedem Apostolicam vbi & cetera, quæ ad decreta dicti Concilij pertinent quotidie declarantur omnino referenda esse; nec non irritum, & inane quidquid secus super his per quoscunque scienter vel ignoranter contigerit attentari. Mandamus &c. Non obstantibus &c. Datum Romæ &c. Anno Incarnationis Dominicæ 1572. Kal. Martij. Pontificatus nostri Anno Primo.

Quibus sic stantibus deinde per Sixtum V. fuit facta confirmatio Privilegiorum, indulgentiarum, & exemptionum fratrum Minorum, & Monialium Sancti Francisci de obseruantia, ac Sanctæ Claræ, & Tertii ordinis de penitentia, die 7. Octobris 1587. cum clausula in his omnibus, in quibus decretis Conc. Trid. non aduersentur, vt per eius constitutionem incip. Et si mendicantium ordines fol. 244. in Bullar. cetera ergo privilegia non aduersantia remanent, vt clare etiam patet ex dispositione d. Conc. sessi. 25. de regula. cap. 20. in fin. ibi (in ceteris omnibus præfatorum ordinum privilegia, & facultates, quæ ipsorum personarum, loca, & iura concernunt, firma sint, & illata) vt per Emanuel. Roder. in to. primo, quæst. Regul. q. 8. art. 8. & per Io. Bapt. Confect. in d. Summario privileg. tit. 3. cap. 4. vbi de Regularium privilegiorum confirmatione, & validitate vsu, aut per præscriptionem tollantur, quæ clausula est clarior illa Gregor. XIII. confirmantis d. privilegia, quatenus sint in vsu, & sacris Canonibus, & decretis sacri Conc. Trid. non aduersentur sub die 21. Aprilis 1575. fol. 1234. incip. Benigna.

Per Sæctissimū D. N. D. Paulū V. sub die 29. Aprilis 1606. fuit facta confirmatio privilegiorum monachorum ordinis Cælestinorum cum hac clausula, quatenus Sacri Concil. Trid. decretis, nec non Regularibus dictæ congregationis institutis a Sede Apostolica approbatis non aduersentur, ac reuocata non sint, nec sub ali-  
quibus

quibus renocationibus comprehensa Apostolica auctoritate tenore presentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque perpetua, & inuiolabilis Apostolicę firmitatis robur adijcimus ac omnes, & singulos tam iuris, quam facti, & solennitatum etiam de iure necessariorum, aut alias quomodolibet requisitarum forsitan omittarum, & alios defectus si qui interueniunt in eisdem supple-

Insuper Greg. XIII. non solum renouauit tres constitutiones predictas Pij V. sed etiam per eundem fuit facta reductio quarundam literarum Pij V. sub die 29. Nouēbris 1568. pro militibus Sancti Ioannis Hierosolymitani ad terminos decretorum Concil. Trid. qui milites cum etiam regulares sint, ut dixi supra in ver. monasteria monialium fol. 394. dictam Constitutionem inferendam esse censui quia habetur in Bullar. fol. 1295. incip. Circumspecta & infra. Motu proprio, & non ad alicuius nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex mera voluntate, ac deliberatione, & certā scientia, deque Apostolica potestatis plenitudine, omnia & singula priuilegia, exemptiones, gratias, & indulta Magistro, Conuentui, Militibus, & Militiæ dicti hospitalis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, & Sedem prædictam in genere vel in specie quomodolibet concessa, & confirmata, nec non dicti Pij V. literas super eorundem confirmatione emanatas sub datum Romę apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 29. Nouemb. 1568. Pontificatus sui anno tertio ad prædicti Concilij Decretorum terminos tenore presentium reducimus, ac reducta esse, nihilque ex ipsis priuilegijs, exemptionibus, gratijs, & indultis ordinarijs locorum detractū esse quo minus ipsorum militum Vicarij, Cappellani, ministri, seruientes, ascripti coloni, procuratores, & familiares militum huiusmodi, quibus ea iam concessa sunt, & in posterum concedi contigerit, ab ipsis ordinarijs tanquam Sedis Apostolicę delegatis de eorū excessibus, criminib. & delictis etiam extra uisitationē, quando & quoties opus fuerit, inquiri, uisitari, puniri, & corrigi possint, ipsorumque ordinarij iurisdictioni plene in prædictis subiecti existant. (Exceptis tamen ijs, qui ecclesijs, alijsque locis dictorum militum actu seruiant, & intra eorū septa, & domos resident, ac sub eorum obedientia uiuunt, que omnia debere simul concurrere intelligantur, siue ijs, qui legitime, & secundū regulā predictę Religionis professionem fecerint, de qua loci ordinario constare debeat) & ita in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices & c. Non obstantibus, & c.

Eiusdem Pij Papa V. literis memoratis quo ad alia, & in eo maxime quod uoluit prædictorum militum priuilegia, illorumque confirmationem non comprehendere neque ecclesias, neque personas in his, quę ad curam animarum pertinent, sed in his dicti Conc. Trid. decreta omnino seruari debere, in suo robore permanentibus. Voluimus autem quod presentium transumptis & c. Datum Romę apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 25. Nouemb. 1580. Pont. nostri anno nono.

Per eundem Greg. 13. die 7. Ianuarii 1584. fuit facta declaratio facultatis ordinarij uisitandi, & corrigendi loca, & personas Militiæ, & hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani in his dumtaxat, quę concernunt curam animarū, aut sacramentorum administrationem, in quibus Conc. Trid. decreta, & Constitutionem se. rec. Pij V. sub die 22. Septembris 1571. editam seruari omnino uoluit fol. 1326. in Bullar. incip. Conuenit, & uide cap. per exemptionem de priuileg. in 6. & Conc. Trid. sess. 25. de regula. cap. 11. & dicta Pij V. Constitutio sequens est.

Breue

Ses. 24.  
de ref.  
gen. c.  
11.

Ses. 25.  
de reg.  
c. 11.

Greg.  
13.



Breve per quod datur forma Episcopis, & aliis locorum superioribus, vt tanquam Sedis Apostolicæ delegati tantum visitare possint parochiales ecclesias ordinis S. I. Hierosolymitani in his duntaxat, quæ curam animarum, & Sacramentorum administrationem respiciunt, & hoc gratis absque vlla impensa, & onere fol. 1134. in Bullar. incip. Expofcit, & infra.

*Dij V.*

Decernimus, declaramus, statuimus, omnes, & singulos locorum Episcopos, & alios superiores tanquam Apostolicæ Sedis delegatos omnes, & quascunque parochiales ecclesias, ceteraque beneficia ecclesiastica suarum ciuitatum, & diocese, quibus animarum cura imminet, ad dictam religionem, eiusque Milites, Capellanos, Ministros, Rectores, quomodolibet peruenire, etiam quod in eis episcopalem, & temporalem iurisdictionem religio, & milites prædicti haberent, eorumque ecclesias, Rectores, Vicarios, & Ministros quoscunque (in his tamen duntaxat, quæ animarum curam, illiusque exercitium, & sacramentorum administrationem respiciunt) visitare, omnesque actus visitationem concernentes exercere posse, & debere, ac Rectores, ceterosque huiusmodi ministros curam animarum exercentes minus idoneos repertos, siquidem ad nutum amovibiles sint, statim amouere: sin vero titulares sint, illico suspendere, ac superiores eorum monere, vt intra aliquem breuè terminum in locum amotorum subrogent alios idoneos, prius tamen per ipsos Episcopos, & alios superiores examinatos, & approbatos, Titularibus veto suspensis deputent alios idoneos pariter examinatos, & approbatos, vt supra in coadiutores, seu Vicarios iuxta decretum Concilii, sess. 21. cap. 6. Interea vero dum hæc subrogatio, seu deputatio fiat, ipsi Episcopi, & alii superiores pro necessitate curiæ animarum prouideant arbitrio suo, quod si superiores dictorum Rectorum, & ministrorum intra tempus præfixum non subrogauerint, aut deputauerint vt supra, tunc dicto termino elapso ipsi Episcopi, & alii superiores alios prævio examine iuxta eiusdem Concilii formam idoneos repertos in locum amotorum subrogent. Titularibus vero suspensis coadiutores deputet iuxta dictum capitulum sextum, sess. 21. qui tamen in dictis parochialibus, perinde in seruiant, ac si subrogati, aut deputati ab ipsis superioribus religionis, & militum prædictorum fuissent. Volumus autem, quod Episcopi, & alii superiores prædicti visitationem huiusmodi, & prædicta omnia solum tanquam delegati Apostolicæ Sedis, & gratis, & absque vllis dictæ religionis Rectorum, & ministrorum impensa, & onere faciant, in collatione item ordinum, nec non consecratione ecclesiarum, & factorum vasorum, ac benedictionibus, & alijs actibus spiritualitatem concernentibus, ac institutione præsentatorum ab eisdem militibus ad beneficia, aut approbatione, seu cõfirmatione, quas ab eisdem fieri harum præsentium vigore contigerit, gratis omnia faciant, & diligenter attendant, vt nullos admittant, qui qualitates a cõsilio requisitas nõ habeant, ac prævio examine iuxta eiusdem Concilii decreta idonei non existant, Nolumus autem Episcopos, & alios superiores locorum supra scripta facultate visitandi vti, qui cum eadem religione, & militibus super iurisdictione Episcopali in locis visitant. coram quibuscunque iudicibus litigant nisi ipsi Episcopi, & alii superiores in quasi possessione antiqua exercitij iurisdictionis huiusmodi existerent, saluo tunc iure vtrique illaso in pætorio, sed quod Episcopi, & alii superiores viciniore ius aliquod in iurisdictione huiusmodi non habentes, nullumque interelle prorsus prætendentes facultate prædicta vtantur. Nolumus item per præsentem vllum afferri præiudicium iurisdictioni dictas parochiales ecclesias, & alia beneficia curam animarum habentia, quod antea religioni, & militibus prædictis competebat, in habemusque ex-

prelle

preſſe dictis Episcopis, & aliis ſuperioribus, ne hac facultate viſitan. eis per præſentes conceſſa alio vtantur modo, quam præſcripto, ſicque quofcunque Iudices, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 22. Septem. 1571. Pontificatus noſtri Anno ſexto.

In confirmatione priuilegiorum religionis Sancti Ioannis Hieroſolymitani facta a Sanctiſ. Cle. viii. die 27. Iunii 1592. in fine addita eſt hæc clauſula, volumus autem quod ſel. rec. Pii V. 22. Septemb. anno ſexto, ac Greg. 13. prædeceſſorum noſtrum literis, ſub annulo piſcatoris 25. Nouembris anno nono Pontificatum ſuorum expeditis, ſuo robore, & efficacia permanentibus, præſentes literæ non comprehendant, neque eccleſias neque perſonas in his, quæ ad curam animarum pertinent, in quibus decreta Concil. Trident. huiusmodi omnino feruari debeant.

*Renouatio Priuilegiorum Hospitalis Sancti Lazari Hieroſolymitan.  
de Hoſpitalibus, & pijs locis leproſorum.*

PIVS PAPA V.

GRAUES ad nos quoridie querelæ deferuntur de Magiſtro, Conuentu, & fratribus Hoſpitalis Sancti Lazari Hieroſolymitani, qui obreſtu priuilegiorum ſuorum, multa ſecus quàm par eſſet ſidentius conati, præ ſtudio dū habeant quod ambiunt, neque modum pietatis vilius, neque benignitatis erga ſe noſtra ponderantes, varijs artibus moluntur quemadmodum diſturbent, atque deiſciant omnes alios a regimine, cura, & poſſeſſione illarum Hoſpitalium, & religioſorum locorum, quæ ſub inuocatione S. Lazari leproſorum aliquando fundata, conſtructa, & inſtituta, deinde aut Eccleſijs, Monafterijs, Xenodochijs, Collegijs, vniuerſitatibus, etiam ſtudioſorum generalium, diuerſiſque alijs ſacris, & religioſis locis vniuerſis, aut in eorum commodum ſuppreſſa fuerunt, ſeu quorum curam, ſeu bonorum administrationem, ſeu fructuum diſpenſationem, vel ipſa Eccleſiæ, vel Conuentus, vel venerabilium locorum ſodalitates, vel honeſti Ciues, vel etiam priuatim alii ſpectata probitatis viri habent, & aut in illis, aut ex illis prædictis Eccleſijs, Monafterijs, Xenodochijs, Collegijs, vniuerſitatibus, pijs locis, & pauperibus ſuarum quiſque Ciuitatum, & locorum, vni diuerſa, & multiformes charitatis, & miſericordiæ ſpecies ſuadere videntur, variæ item egeſtates, neceſſitatesque expeſtant, pie ſanctæque ſuppeditant. Quin etiam Magiſter, & Conuentus in vniuerſum, ſingulatim vero quidam fratres, iam aliquot huiusmodi adminiſtratores, & poſſeſſores, imo vero primarias quaſdam Italia Vrbes licibus, & controuerſis mulſariam concitatis, grauiter inſeltarunt. Quocirca nos indignum rati, tot tantaſque piorum operum rationes, iam pridem accomodas, dictorum priuilegiorum cauſa impediti, volentesque ſicut officii noſtri munus, pietatiſque cauſa poſtulat, ſedulo providere, vt Hoſpitalium, & locorum huiusmodi optimus ſtatus, rerumque diſpoſitio comoda, & vtilis perpetuo conſtet, hoc quoque Sacroſanctum Ieſu Chriſti patrimonium pijs, honeſtiſque vtiſque perpetuo iuribus conſeruetur, ac ſi mul Magiſtro, Conuentu, & fratribus prædictis, omnis omnino moleſtandi via præcidatur, Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolica poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas cauſas, in Romana Cu. & extra eam, coram quibuscunque

buscunq; iudicibus ordinarijs, & delegatis, etiam causarum Palatii Apostolici  
 Auditoribus, ac S. R. E. Cardinalibus, inter Magistrum, Conuentum, & fratres  
 predictos, etiam collationem, commendam, aut aliam concessionem a dictis Ma-  
 gistro, & Conuentu habentes, ac quoscunq; alios curam, regimen, & administra-  
 tionem, ac possessionem Hospitalium, locorum, & bonorum predictorum per  
 viam vnionis, suppressionis, commisionis, prouisionis, Commenda, administra-  
 tionis, aliterue concessionis, aut etiam privilegio, fundacione, consuetudine,  
 permissione, vel alio quocunq; modo habentes, super eisdem Hospitalibus, lo-  
 cis, & bonis, eorumq; regimine, administratione, possessione, spolio, rebusque  
 alijs latius deductis, & illorum occasione, iam coniunctim, quam diuisim, in qua-  
 cunq; instantia, pendentes, quarum singularum merita, nec non iudicium, &  
 aliorum colligantium nomina, cognomina, gradus, & nobilitates, huiusq; & huius-  
 modi statum, presentibus haberi volumus pro expressis, in statu, & termi-  
 nis in quibus reperiuntur, harum serie ad nos aduocamus, ac litem, & lites huius-  
 modi penitus extinguimus, dictisq; Magistro, Conuentui, & fratribus, ac qui-  
 buscunq; alijs etiam in quorum in fauore de dictis Hospitalibus, & locis S. Laza-  
 ri leproforum, preterito huiusmodi priuilegiorum dispositum est, vt praefertur,  
 perpetuum silentium imponimus, Praeterea omnes, & quascunq; collationes,  
 prouisiones, Commendas, concessiones, commisiones, & alias dispositiones, de  
 dictis Hospitalibus, & locis, ab eisdem Magistro, & Conuentu quibuscunq; fa-  
 ctas, inde secutasq; a nobis, & Apostolica Sede, etiam Motu proprio confirmatio-  
 nes, vel nouas prouisiones, ac etiam concessiones, facultates, & licentias, quod  
 Hospitalia leproforum, & alia loca quacunq; tam in Vibe, quam quibuscunq;  
 Terris, dominijs, & locis, sub inuocatione S. Lazari leproforum, huiusmodi fun-  
 data, constructa, erecta, & instituta, & qua fundari, constructi, erigi, & institutio  
 tringeret, etiam si per Magistrum, Conuentum, & fratres huiusmodi recepta, aut  
 possessa non sint, vbi villo vnquam tempore fuit, est, vel erit Hospitalitas lepro-  
 forum, seu infirmorum S. Lazari nuncupatoriu, de qua legitime coram locorum  
 ordinarijs constet, etiam si ibi patronatus laicorum essent, cum omnibus vnio-  
 nibus, annexionibus, incorporationibus, & applicationibus, illis pro tempore fa-  
 ctis, Hospitali S. Lazari predicto subiecta, & incorporata, & ad ius, proprietate  
 remque, & omnimodam dispositionem, institutionem, & collationem Magistri  
 pro tempore existentis, & Conuentus predictorum, iuxta ipsius Hospitalis sta-  
 bilitate pertinere censeatur, prout alia eius Hospitalia, Cappellae, Oratoria, be-  
 neficia, & loca spectabant, illaq; perfructes predictos, non autem per alias ec-  
 clesiasticas, aut saeculares personas, etiam Ciuitatum, & Terrarum, Oppidorum,  
 & Villarum Communitates, vel vniuersitates regi, & gubernari, & in signum re-  
 cognitionis superioritatis dicti Hospitalis, aliquo rationabili Canone, seu censu,  
 per Magistrum, & Conuentum, & diffinitores generalis Capituli dicti Hospi-  
 talis imponendo, singulis annis respondere, praeterea Hospitalia, & loca huius-  
 modi obtinentes, cuiuscunq; dignitatis, ordinis, & conditionis fuerint, respon-  
 siones, & iura Annatarum, vacantium, mortuuariorum, arretragarum, & palla-  
 giorum Hospitali S. Lazari, & illius Aerario communi soluere teneantur, & ad  
 id etiam per Magistrum, & Conuentum predictos compelli, & non solventes  
 censuris, & poenis ecclesiasticis innodari Hospitalibusq; priuari possint, Nec no-  
 quacunq; alia priuilegia, concessiones, facultates, & indulta, dictis Magistro,  
 Conuentui, fratribus, & personis, super reuocatione huiusmodi Hospitalium ad  
 pristinam Hospitalis S. Lazari Hierosolymitani naturam, ac regimen, & admini-  
 strationem,

hilationem, etiam per modificationes, & reformationes nostras illi concessa,  
 & confirmata, quibuscuq; concepta formulis, ac etiam restitutis, praeferuati-  
 uis, derogatoriis, derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insoli-  
 tis clausulis, nec non vim contractus inducentibus, & alijs decretis suffulta (quo-  
 rum omnium tenores, etiam praesentibus haberi volumus pso expressis) aucto-  
 ritate Apostolica, tenore praesentium specialiter, & expresse reuocamus, & Apo-  
 stolicas ac alias literas, nec non processus, & inde secuta quaecunq; cassamus, &  
 annullamus, volumusque illa omnia vires, & effectum de cetero non habere, ip-  
 saq; Hospitalia, & loca, eorumq; res & bona, deinceps vt antea regi, & gubernati  
 ac de illis disponi, nec vilo annuo censu, ea none, subsidio vel alio onere, per Ma-  
 gistrum, Conuentum, & diffinitores praedictos grauati, nec ad aliam responsionem  
 aut iura aliqua, eis praestanda vilo vnquam tempore teneri, nec sub aliquo alio  
 iure Magistri, Conuentus, & Hospitalis S. Lazari huiusmodi consistere debere,  
 Distinctius inhibentes etiam Magistro, & Conuentui, ac quibuscuq; alijs etiam  
 in quorum fauorem de dictis Hospitalibus seu locis praetextu huiusmodi priui-  
 legiorum dispositum est, vt praefertur, ne illorum occasione seu praetextu vel alias  
 quocunq; modo sese praemissis interponere, aut quempiam vterius super illis  
 vexare, impedire, vel turbare quoquomodo praesumant. Quod si secus fecerint  
 eos, & eorum singulos excommunicationis sententia inuodamus, ac magistratu,  
 dignitatibus, officijs, beneficijs, & priuilegijs, & indultis quibuscuq; eo-  
 rumq; vsu & commodo priuamus, inaliabileq; ad omnia esse volumus, eo ipso.  
 Ac decernentes sic per quoscunq; iudices ordinarios, & delegatos etiam causa-  
 rum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales in quavis causa, & instā-  
 tia sublata &c. iudicati &c. debere. Ac irritum &c. attentari, Et nihilominus vni-  
 uersis, & singulis locorum ordinarijs tenore praesentium mandamus, vt ipsi per  
 se, vel alium, seu alios Ecclesijs, Monasterijs, Xenodochijs, Hospitalibus, Colle-  
 gijs, vniuersitatibus, Sodalitatibus, Rectoribus, Commendatarijs, Administra-  
 toribus, & personis praedictis eorumq; singulis quandoq; requisiti fuerint,  
 aut molestiam aliquam ab ipsis Magistro, Conuentu, & fratribus conuictam,  
 vel diuinitim irrogari intellexerint, in praemissis efficacis defensionis praesidio assi-  
 stentes procurent auctoritate nostra illos omnes in suis possessione, & iuribus  
 pacifice conseruare, non permittentes eorum quempiam per ipsos Magistrum  
 Conuentum, & fratres, aut alios quoscunq; super ijs quomodolibet molestari  
 contradictores quoslibet, & rebelles per praedictas aliasq; grauiores censuras, &  
 poenas ceteraq; iuris, & facti remedia appellatione postposita cōpescendo, cen-  
 surasque & penas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauādo, inuocato etiam ad hoc  
 si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus praemissis, & nostra de  
 non tollendo iure quaesito, ac alijs Constitutionibus, & ordinationibus Apосто-  
 licis, nec non Hospitalis S. Lazari Hierosolymitani, & Conuentus praedictorum  
 iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis  
 consuetudinibus, stabilimētis, vsibus, naturis alijsq; priuilegijs, & indultis Apo-  
 stolicis illis, ac eisdem Magistro, Conuentui, & fratribus a quibuscuq; Ro. Ponti-  
 & nouissime tam a re. me. Pio Papa iij. praedecessore nostro in in ipsius Hospitalis  
 S. Lazari Hierosolymitani, & regula restitutione, & ampliatione, quam etiam a  
 nobis in illius modificatione etiam mota, scientia, & potestatis plenitudine simi-  
 libus concessis, cōfirmatis, & extēsis, quibus inter cetera cauetur expresse, quod  
 vniones, annexiones, & incorporaciones similes, vel dissimiles, ac quaecunq; alia  
 distractiones hmoi Hospitalium, & locorum quacunq; ratione, vel causa, etiam

motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, & etiam cum expressa huiusmodi privilegiorum, & stabilimentorum derogatione, nullius penitus sint roboris, vel momenti, & habeantur prorsus pro infectis, nec censeatur in hac parte unquam derogatum per quasunque clausulas, & etiam derogatorias derogatorias fortiores, & efficaciores, nisi dum, & quoties de illorum, ac etiam certarum in specie, desuper confectarum literarum de verbo ad verbum vere, & non per clausulas idem importantes inserto tenore de ipsorum S. R. E. Cardinalium consilio derogetur, nec etiam tunc, nisi ad id Magistri, & Conuentus praedictorum expressus accedat assensus, & semper in huiusmodi quae sic fiunt de consilio praedicto, derogationibus censeatur apposita clausula, quod tunc demum effectum sortiantur, cum consensus Magistri, & Conuentus praedictorum accesserit, & non aliter, nec alio modo, quodque privilegii statutis, stabilimentis, aliisque praemissis etiam per quasunque literis apostolicas etiam quasuis clausulas generales, vel speciales, etiam derogatorias derogatorias, efficacioresque, & insolitas, ac etiam irritantia decreta, sub quacunque verborum expressione in se continentes, nullatenus derogari possit, nec quo ad illa derogatum censeatur, nisi tenor illarum de verbo ad verbum nihil penitus omisso insertus, & huiusmodi derogationes consistorialiter factae, & per trinas distinctas literas eundem tenore continentes, tribus distinctis similibus vicibus, Magistro, & Conuentui praedictis intimatae, & insinuatae fuerint, ac ipsorum Magistri, & Conuentus ad id expressus accedat assensus, & aliter factae derogationes nemini suffragentur, ac Magister, & Conuentus praedicti ad patendum literis derogatoriis huiusmodi & decretis super illis processibus, ac illorum executoribus, & subexecutoribus, eorumque mandatis, & monitionibus minime teneantur, sed literarum huiusmodi executionem omnino impedite, nec ratione resistentiae censuris ecclesiasticis per eosdem executores, vel subexecutores satis innodari possint. Quibus omnibus etiam si de eis, &c. tenores &c. in genere, & in specie ad effectum sufficientis derogationis eorum pro plene, & sufficienter expressis habentes, harum serie specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Ceterum iubemus praesentes consuetis Urbis locis publicari, & exempla de more applicari, easque sic publicatas Magistrum, Conuentum, & fratres praedictos, ceterosque omnes, & singulos quorum interest, aequo obligare volumus, ac ipsae praesentes (quibus sola nostra signatura sufficiat, & ubique tam in iudicio quam extra illud fidem faciat) essent omnibus singularim, ac personaliter intimatae.

Placet Motu Proprio. M.

Anno a natiuitate D. millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, Indictione decima, die vero undecima mensis Augusti, Pont. Sanctissimi D. N. Pii diuina prouidentia Papae V. anno eius Secundo Retroscriptae literae affixae & publicatae fuerunt Romae in Aede Campi Florae & Valis Cancellariae Apostolicae, ut mortis est per nos Io. Andream Rogerium, & Scipionem de Octauianis S. D. N. Papae Curf.

Ioannes Andreas Panizza Magister Curf.

De privilegijs huius militiae vide Pii 4. Constitutionem num. 126. incipien. inter assiduas. fol. 872. eum ibidem adnotatus per Dominum Laertium Cherubinum. Postremo

Postremo animaduertendum est, qualiter vtriusque sexus religiosi personis ordinum mendicantium Pius V. concessit exemptiones ab exactionib. Gabelis, Pedagijs, & vectigalibus vt per eius Constitutionē sub die 29. Iulij 1566. fol 944. in Bullar. incip.

Dum ad vberes, quos sacri mendicantium ordines in agro dominico quotidie faciunt fructus, attente respicimus, & attenta considerationis indagine perseruamur, ipsorum religionis sinceritatem, & voluntaria paupertatis habitum, in quibus sob humilitatis spiritu, deuorum alissimo prastant famulatum; Dignū, quo potius debitum reputamus, vt illis ea libenter concedamus, per quæ semotis quibuslibet grauaminibus prempiores eiusdem altissimi inhercant seruitis. Hinc est quod, nos volentes, eosdem mendicantium ordines, ad dilectos filios eorum fratres, & monachos, ceterasque personas, ac etiam moniales quaslibet eiusdem ordinis sub illorum cura degentes specialibus fauoribus, & gratis profectui; motu proprio, non ad aliquid nobis super hac oblata petitionis instantiā, sed ex certa nostra sciētia, ac de Sedis Apostolicæ potestatis plenitudine, quod ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus, omnes, & singuli Mendicantium ordinum huiusmodi fratres monachi, & dilectæ filiæ in Christo moniales, seu sorores, ac aliæ vtriusque sexus personæ regulares vbilibet per totum Christianum orbem diffusi, & constituti, illorumque monasteria, Cœnobia, domos, Cōuentus, Ecclesia, Cappella, Oratoria, & alia loca etiam vnita, ac membra, & dependentia, nec non terræ cultæ, & incultæ, possessiones, prædia, agri, & alia omnia, & singula mobilia, & immobilia, ac se mouentia, & vbilibet, ac quibuscunque rebus consistentia bona, nec non eorum in dictis bonis laboratores, coloni, Arrendatarii, locatarii, & affictuarii negotiorumque suorum gestores vniversi quomodolibet nuncupati, nunc, & pro tempore existentes in perpetuum ab omnibus, & singulis exactionibus, tam vrbani, quam rusticis, nec non Danis, Gabelis, pedagijs, vectigalibus, Collectis, impositionibus, & oneribus ordinariis, & extraordinariis, ac tam realibus, quam personalibus, meris, & mixtis, etiam subsidio triennali, & augmento, ac facultatibus, equorum taxis, militumque hospitibus, ac alijs quibuscunque nominibus nuncupati, quauis auctoritate, quomodolibet imponi consueuerunt, & in futurum imponentur, ac ratione quarumcunque mercium, & rerum cuiuscunque generis, vel qualitas existentium, tam per mare, & aquam dulcem, quam per terram, vndecunque, & quomodocunque pro tempore delatarum, nec non animalium quorumcunque mortuorum, & viuorum, & quæ alias quomodolibet, & ex quauis causa, ac super quibuscunque rebus tam in alma Vrbe nostra, quam extra eam, vbilibet locorum exiguntur, & in futurum exigentur, nec non a contributionibus, & solutionibus in illis faciendis, ac tam pro victu & vestitu, quam quocunque alio vsu suo tantum, ac tam emendo quam vendendo, & alias quomodolibet negotiando, nec non etiam a solutione quadrantis pro singulis libris carniū de animalibus quæ nūc, & pro tempore ex armentis occidi contigerit, nec non etiam, quæ in suis ædibus, prædijs, & possessionibus priuatum detinent, & nutriunt, ac a contributione sumptuum, & expensarum, quæ aliquando pro pontibus, & viis, aquaductibus, muris, manibus, aliisque machinis struendis, & reparandis seu reficiendis, ac ciuitatū, terrarū, & focorū quorūcunque fortificationibus, nec nō et alias in omnibus, & p oia, ac tā in dicta Vrbe, quā extra eā, vbilibet penitus, & oīno liberi immunes, et exēptæ, ac liberæ, & exēptæ, liberaq; immunita, & exēpta sint, & esse censentur, ac

Pij V.  
In fa-  
uorem  
omium  
clerico-  
rum vnde  
c. quā-  
quā de  
cēsi. &  
de. præ-  
sēti eo.  
tit. &  
Concil.  
Tri. ses.  
25. c.  
20.  
Has im-  
munita-  
tes et  
omnes  
alijs re-  
gulares  
per sua  
priuile-  
gia dicuntur  
habere,  
ut sunt  
Benedi-  
ctini et  
et p ex-  
tensionē  
factā a  
Pio V.  
Exēptio  
aquadra-  
te car-  
nis pro  
singulis  
libris  
carniū.

*Hic corrigitur L. ad instructum. gl. Doct. C. de sacr. sanc. ecc. Olim correctam fuit per Aut it nulla coi. tas. C. de episco. et cler. et p. eadē faciunt. c. non minus. et c. aduersus, de im. eccl. et c. quāquam de cens. in 6. c. ho. et alia superioris dista.*

pro talibus teneantur, & reputentur, quodque terræ, agris, & possessiones, & loca aratoria, (vt præfertur) in illis, quæ aliquando pro pasuis animalium ad certū tempus referuantur nullatenus vnquam comprehendantur, nec comprehendenti censentur, ac etiam monasteria, Cœnobia, aliaque omnia regularia loca prædicta, pro quorum eūque militum, tam equitum, quam peditum hospitium quemadmodum magno cum nostro dolore hucusque in plerisque locis factum compertimus, nequaquam assignentur, nec assignari debeant. Et insuper quod fructus, & redditus, proventus, & alia quæcunque bona monasteriorum, Cœnobiorum, & aliorum locorum regularium præfactorum, ab aliis, quam a Syndicis procuratoribus, & religiosis fratribus monachis, & monialibus aliisque personis præfatis exigantur, illaque duntaxat in beneficium loci, vel sustentationem ipsorum religiosorum fratrum, & monialium expendi, nec per alios quoscunque, quouis nomine censentur, nec in alium, quam præmissum usum conuerti, seu expendi possint, neque debeant, nisi de consensu superiorum illius loci, cui data, vel consignata, aut donata fuerint, seu ad quem alias spectabūt, nec enā soli tutores, aut Curatores, seu protectores, & alio nomine Sanctissimi, aut alias nuncupati de eisdem bonis vilo modo disponere possint. Quodque id ipsum etiam de elemosynis, oblationibus, quibuscunque aliis donatiuis intelligi, & obseruari debeat, Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuo statuimus, ordinamus, volumus, & declaramus. Nec non fratres monachos, moniales, ac alias regulares personas eorūque monasteria, Cœnobia, conuentus, Ecclesias, cappellas, oratoria, & alia loca, & terras, possessiones, prædia, agros, & bona, nec non laboratores, Colonos, Arrendatarios, ac gestores, prædicta, vt præfertur, libera, immunia, & exempta, eiusdem auctoritate, & tenore facimus, ac fore, & esse decernimus. Mandantes propterea dilectis filiis modernis, & pro tempore existentibus Camera Apostolica Camerario, præsidentibus, & clericis, ac commissariis, agentibus, & officialibus quibuscunque, vt omnibus, & singulis, tam virorum quam mulierum monasteriis mendicantium ordinum huiusmodi existentibus sub ditione nostra temporalis, medietate vel immediate constitutis, tantum sal, quantum pro eorum vsu fuerit singulis annis omni dilacione cessante, & contradictione remota contribuere, & assignare, ac cōtribui, & assignari facere debeant realiter, & cū effectu. Dillictius etiā in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ, ac excoicationis maioris lata sententiā, ac duorum millium ducatorum auri de Camera pro vna, Basilica Sancti Petri de Vrbe, & pro altera, medietatibus, singulis monasteriis, & locis præfatis quæ molestari seu perturbari contigerit, irremissibiliter applicandorum penis, eo ipso, & quoties cōtrafactum fuerit, incurrendis. Inhibentes &c.

Nota quod sub reuocatione supra relata facta per Gregor. 17. incip. In tanta fol. 410. non comprehenditur ista Constitutio Pa. V. vt animaduertant auctor Ca. rethens Neap. fol. 302. & Sorbus in d. Compen. fol. 541.

S. D. N. D. Pauli Viextat cōstitutio qua reuocauit facultates superioribus quorumcunque ordinum concessæ cognoscendi causas suas subditorum officium Sanctæ inquisitionis pertinentes, quam habes supra in verbo hæretici. Idem reuocauit, ac de nouo cōcessit indulgentias regularium, quam habes in verbo Indulgentiæ super declaratione ordinum mendicantium.

## Pius Papa V. ad perpetuam rei memoriam.

**R**omanus Pontifex tam vniuersalis Christianæ, quam singularum eius Reli-  
gionum præcipuus defensor, & infra.

Motu proprio non ad ipsorum fratrum, vel alicuius eorum nobis su-  
per hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac  
de apostolica potestate plenitudine, omnes, & singulos quatuor mendicantium  
ordinum, videlicet Sancti Dominici, & Sancti Francisci, ac Eremitarum  
Sancti Augustini, nec non Carmelitarum, ad quos etiam recenseri volumus ser-  
uos Beatae Mariæ nominibus comprehensos fratres, eorumque domus, monaste-  
ria, & loca, etiam si in Comuni propria bona tam mobilia, quam immobilia, &  
stabilia, ac alia quæcunque possederint mendicantium vocabulo, & omnibus, &  
singulis mendicantium privilegijs eis quomodolibet concessis vti posse, & debe-  
re, nec super præmissis vilo vnquam tempore molestari posse auctoritate Apostoli-  
ca per præsentis statuimus, & declaramus. Ac tam Concilij Tridentini, quam om-  
nia, & singula alia decreta, statuta, ordinationes, privilegia, & iura de mendi-  
cantibus loquentia ad omnes, & singulos ordines præfatos, eorumque domos,  
& loca, etiam propria bona in Comuni tamen retinentes extendimus, & am-  
pliamus, illa que de illis loqui etiam auctoritate præfata per eandem præsen-  
tes declaramus. Ac insuper eisdem ordinarijs, & quibusuis alijs tam eccle-  
siasticis, quam secularibus quauis auctoritate fungentibus in virtute San-  
ctæ obedientiæ, & alijs arbitrio nostro moderandis pœnis similiter per  
præsentis mandamus, vt si quid per eos tam nostro, quam prædecesso-  
ris nostri temporibus, tam ratione seminarij, subsidij, & decimarum,  
quam aliorum onerum huiusmodi exactum fuit, id totum eisdem fratribus om-  
ni mora, & dilatione postpositis restituant, districtius inhibentes eisdem  
locorum ordinarijs, ceterisque personis tam ecclesiasticis, quam seculari-  
bus quauis auctoritate fungentibus, & cuiusuis dignitatis, gradus, &  
condiçionis existentibus, ne eosdem mendicantium ordinum fratres præfa-  
tos bona huiusmodi retinentes, quouis prætextu super seminarij, subsidij,  
& decimarum contributione molestari, inquietare, vel perturbare audeant,  
vel præsumant. Decernentes, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub an-  
nulo piscatoris die 1. Septembris 1569. Pontificatus nostri anno secundo.

Publicata die 16. Septembris 1567.

Ad hæc constitutione ad c. vniuers. §. sane. de reli. dom. in 6. fuerunt et connumera-  
te aliæ religiones inter medicantes ordines, vt notant in ti. de verb. sign. huius libri.  
Hæc breuiter de privileg. Regularium dixisse sufficiat, cetera particularia satis abũ  
de habentur in d. Cõpẽdio privilegiorũ eũ additioni. Sorbi, ac in Cõpẽdio privile-  
giorũ Minorũ, p̄sertim in verbo Notãda privilegiorũ p̄ Passarellũ. D. Io. Bap.  
Cõfediũ duos libros edidit vno volumine cõtẽtos, sic inscriptos, Collectio privi-  
legiorũ factorũ ordinũ medicantiũ, & nõ medicantiũ iuxta sacri Conc. Trid. refor-  
matione, & Sũmorũ Põificũ nouissimas cõfirmationes, & inuouationes, alter  
vero sic. Sũmarũ materialũ notabiliũ ex supradictis privilegijs, & literis Apost.  
nec nõ iure cõj, ac decretis sac. Cõc. Tri. desumptũ, & sub suis titulis, & ordine in  
vnu cõgestũ atque redactũ, Impres. Florẽtię anno 1597. Nouis. vero Eman. Redo-  
ric, magno volumẽ edidit Regulariũ, & Canoniciũ q̄stion. Salamãticę Impres.